SAN JERÓNIMO

Comentario a Jeremías

Commentariorum in Jeremiam

TOMO I · II

SABBATISMUS

San Jerónimo (347–420)
Commentariorum in Jeremiam · Comentario a Jeremías

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

LIBRO PRIMERO. 9
LIBRO SEGUNDO. 85
LIBRO TERCERO. 163
Libro C 235
LIBRO QUINTO. 311

Post explanationes duodecim Prophetarum, Isaiae, Danielis, et Ezechielis, ad extremum in Jeremiam manum mittimus, tibi, frater Eusebi, ejusdem [Al. eosdem] Commentariolos dedicantes, ut Evangelicum virum Matthaeo evangelistae copules, quem ante annos plurimos strictis sensibus, te hortante, disserui. Et quia volumen longissimum est, et in plerisque manifesta historia texitur, illud prudentiam tuam admoneo, ne quaeras in hoc latam explanationem; super his maxime, quae jam et in Prophetis aliis dicta sunt, et per se patent intelligentiae. Sicque conabor notariorum manu scribere, ut nihil desit in sensibus, cum multum desit in verbis. Stamina tibi atque subtegmina et licia praeparabo, tu pulcherrimam vestem ipse conficito; ut non solum nos audire, sed et alios docere possis. Libellum autem Baruch, qui vulgo editioni Septuaginta copulatur, nec habetur apud Hebraeos, et ψευδεπίγραφον Epistolam Jeremiae nequaquam censui disserendam, sed magis Jeremiae ordinem, librariorum errore confusum, multaque quae desunt, ex Hebraeis fontibus digerere, ac complere: ut novum ex veteri, verumque pro corrupto atque falsato Prophetam teneas: parvipendens obtrectatorum rabiem, qui non solum verba, sed syllabas quoque nostrorum verborum calumniantur: in eo se scire aliquid arbitrantes, si de alienis operibus detrahant: ut nuper indoctus calumniator erupit, qui Commentarios 835-836 meos in Epistolam Pauli ad Ephesios reprehendendos putat. Nec intelligit, nimia stertens vecordia, leges Commentariorum, in quibus multae diversorum ponuntur opiniones, vel tacitis, vel expressis Auctorum nominibus, ut lectoris arbitrium sit, quid potissimum eligere debeat, decernere: quamquam et in primo ejusdem operis libro praefatus sim, me vel propria, vel aliena dicturum: et ipsos Commentarios, tam veterum Scriptorum esse, quam nostros. Quod non videns praecursor ejus Grunnius, olim nisus est carpere. Cui duobus respondi libris, ubi quae iste quasi sua profert, et alio jam calumniante, purgata sunt: ut praeteream contra Jovinianum volumina, in quibus dolet virginitatem nuptiis, et nuptias digamiae, digamiam polygamiae esse praelatam.

Nec recordatur stolidissimus, et Scotorum pultibus praegravatus, nos in ipso dixisse opere: «Non damno digamos, immo nec trigamos, et si fieri potest octogamos: plus aliquid inferam, etiam scortatorem recipio poenitentem: quidquid aequaliter licet, aequali lance pensandum est.» Legat ejusdem operis Apologiam, quam ante annos plurimos adversus magistrum ejus gaudens Roma suscepit: et tunc animadvertet, alienis se vocibus blasphemare; et in tantum esse imperitum, ut ne maledicta quidem habeat propria: sed inimicorum etiam olim sepultorum contra nos utatur rabie.

Después de las explicaciones de los doce Profetas, de Isaías, de Daniel y de Ezequiel, por fin ponemos manos a la obra con Jeremías, dedicándote a ti, hermano Eusebio, estos pequeños comentarios, para que unas al varón evangélico con el evangelista Mateo, a quien hace muchos años, por tu insistencia, expuse con interpretaciones concisas. Y como el volumen es muy largo y en muchos lugares se entreteje una historia manifiesta, advierto a tu prudencia que no busques en esto una explicación extensa, sobre todo en aquellas cosas que ya han sido dichas en los otros Profetas y que por sí mismas son claras a la inteligencia. Y así me esforzaré por escribir con mano de amanuense, para que nada falte en los sentidos, aunque mucho falte en las palabras. Te prepararé la urdimbre, la trama y los lizos; tú mismo confecciona la más bella vestidura, para que no solo puedas escucharnos a nosotros, sino también enseñar a otros. Sin embargo, el librito de Baruc, que comúnmente se une a la edición de los Setenta y no se encuentra entre los hebreos, y la epístola pseudepígrafa de Jeremías, de ninguna manera he considerado que deban ser comentados; sino más bien ordenar y completar, a partir de las fuentes hebreas, el orden de Jeremías, confundido por el error de los copistas, y las muchas cosas que faltan, para que tengas un Profeta nuevo a partir del antiguo, y uno verdadero en lugar de uno corrupto y falsificado, prestando poca atención a la rabia de los detractores, que calumnian no solo las palabras, sino también las sílabas de nuestras palabras, creyendo que saben algo si critican las obras ajenas: como recientemente surgió un calumniador indocto que considera que mis Comentarios 835-836 a la Epístola de Pablo a los Efesios deben ser censurados. Y no entiende, roncando con excesiva demencia, las leyes de los Comentarios, en los cuales se exponen muchas opiniones de diversos autores, ya sea con los nombres de los autores tácitos o expresos, para que sea arbitrio del lector decidir qué debe elegir preferentemente; aunque ya en el primer libro de esa misma obra he prefaciado que diría cosas propias o ajenas, y que los mismos Comentarios son tanto de los escritores antiguos como nuestros. No viendo esto, su precursor Grunio intentó en otro tiempo criticarlo. A él le respondí en dos libros, donde las cosas que este presenta como suyas, y que ya eran calumniadas por otro, han sido aclaradas: por no mencionar los volúmenes contra Joviniano, en los que se duele de que la virginidad sea preferida al matrimonio, el matrimonio a las segundas nupcias, y las segundas nupcias a la poligamia.

Ni recuerda el estupidísimo, y apesadumbrado por las gachas de los escoceses, que nosotros dijimos en esa misma obra: «No condeno a los que se casan por segunda vez, ni tampoco por tercera, y si es posible, por octava vez: añadiré algo más, incluso acojo al fornicador arrepentido: todo lo que es igualmente lícito, debe ser pesado en igual balanza». Que lea la Apología de esa misma obra, que Roma recibió con alegría hace muchos años contra su maestro: y entonces advertirá que blasfema con voces ajenas; y que es tan inexperto que ni siquiera tiene sus propias maldiciones, sino que utiliza la rabia de enemigos ya sepultados contra nosotros.

Sed jam propositum opus aggrediendum est.

Pero ya es hora de emprender la obra propuesta.

LIBER PRIMUS.

(Cap. I.---Vers. 1 seqq.) Verba Jeremiae filii Helciae de sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth in terra Benjamin: quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Josiae filii Amon regis Juda, in tertio decimo anno regni ejus. Et factum est in diebus Joacim filii Josiae regis Juda, usque ad consummationem undecimi anni Sedeciae filii Josiae regis Juda, usque ad transmigrationem Jerusalem, in mense quinto. Caeteri prophetae, ut Isaias, Osee, Joel, fuerunt ante captivitatem decem tribuum Israel, sive duarum tribuum, Judae et Benjamin. Alii post captivitatem: ut Daniel, Aggaeus et Zacharias. Jeremias autem et Ezechiel imminente captivitate vaticinium texuerunt: sed alter eorum in terra Juda: alter in Babylone. Jeremias cum esset adhuc puer, prophetare cepit anno tertio decimo Josiae filii Amon regis Judae. Prophetavitque in imperio ejus annis decem et novem: et postea sub Joacim filio ejus annis undecim: et sub Sedecia, qui ultimus fuit regum Juda, annis undecim, usque ad quintum mensem, quando a Babyloniis capta est Jerusalem. Joachaz vero et Jechoniae terni menses (quorum alter in Aegyptum, alter 837 cum matre ductus est in Babylonem) in supradictis annis computantur: per hoc ab exordio prophetiae suae usque ad captivitatem Jerusalem, in qua et ipse captus est, prophetavit annis quadraginta et uno: praeter illud tempus quando ductus est in Aegyptum. Ibique prophetavit in Taphnis, ut hoc ipso volumine continetur. Pro verbis Jeremiae, Septuaginta posuerunt, Verbum Dei quod factum est ad Jeremiam (Jerem. XLIII, 8): hoc videlicet sensu, quod verba Jeremiae verbum sit Domini. Fuit autem de genere sacerdotum, qui habitabant contra septentrionem Jerusalem in tertio milliario, et viculo Anathoth. Simulque admirabilis clementia Domini, quod jam captivitate vicina, et Babylonio exercitu vallante Jerusalem, nihilominus populum ad poenitentiam provocat, malens salvare conversos, quam perdere delinquentes. Pro transmigratione, quod omnes alii voce consona transtulerunt, Septuaginta posuere captivitatem. Post exordium autem vaticinationis Jeremiae, tricesimo quinto prophetiae ejus anno, Ezechiel in Babylone his qui cum eo capti fuerant, exorsus est prophetare.

LIBRO PRIMERO.

(Cap. I.—Vers. 1 y ss.) Palabras de Jeremías, hijo de Helcías, de los sacerdotes que estaban en Anatot, en tierra de Benjamín; a quien vino la palabra del Señor en los días de Josías, hijo de Amón, rey de Judá, en el año decimotercero de su reinado. Y vino en los días de Joacim, hijo de Josías, rey de Judá, hasta la consumación del undécimo año de Sedecías, hijo de Josías, rey de Judá, hasta la transmigración de Jerusalén, en el mes quinto. Otros profetas, como Isaías, Oseas, Joel, fueron antes de la cautividad de las diez tribus de Israel, o de las dos tribus, Judá y Benjamín. Otros, después de la cautividad: como Daniel, Ageo y Zacarías. Jeremías y Ezequiel, en cambio, tejieron su vaticinio siendo inminente la cautividad: pero uno de ellos en tierra de Judá, el otro en Babilonia. Jeremías, siendo aún un niño, comenzó a profetizar en el año decimotercero de Josías, hijo de Amón, rey de Judá. Y profetizó durante su imperio por diecinueve años; y después bajo Joacim, su hijo, por once años; y bajo Sedecías, que fue el último de los reyes de Judá, por once años, hasta el quinto mes, cuando Jerusalén fue tomada por los babilonios. Los tres meses de Joacaz y de Jeconías (de los cuales uno fue llevado a Egipto, y el otro con su madre a Babilonia) se computan en los años antedichos: por esto, desde el exordio de su profecía hasta la cautividad de Jerusalén, en la cual él mismo fue capturado, profetizó por cuarenta y un años, además de aquel tiempo en que fue llevado a Egipto. Y allí profetizó en Tafnis, como se contiene en este mismo volumen. En lugar de «las palabras de Jeremías», los Setenta pusieron: «La palabra de Dios que vino a Jeremías» (Jer. 43:8); con este sentido, a saber, que las palabras de Jeremías son palabra del Señor. Era, además, del linaje de los sacerdotes, que habitaban al norte de Jerusalén, en el tercer miliario, en la aldea de Anatot. Y al mismo tiempo, es admirable la clemencia del Señor, que, estando ya próxima la cautividad y el ejército babilonio cercando Jerusalén, no obstante, provoca al pueblo a la penitencia, prefiriendo salvar a los convertidos que perder a los delincuentes. En lugar de «transmigración», que todos los demás tradujeron con voz cónsona, los Setenta pusieron «cautividad». Después del comienzo de la vaticinación de Jeremías, en el trigésimo quinto año de su profecía, Ezequiel en Babilonia comenzó a profetizar a los que con él habían sido capturados.

(Vers. 4, 5.) Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Priusquam te formarem in utero, novi te; et antequam exires de vulva, sanctificavi te: Prophetam in gentibus dedi te. Non quo ante conceptionem, ut haeresis suspicatur, fuerit Jeremias: sed quo praesciret eum futurum Dominus, cui necdum facta jam facta sunt, secundum illud quod Apostolus loquitur: Qui vocavit ea quae non erant, quasi ea quae essent (Rom. IV, 17). Quod autem sanctificatur in utero, juxta illud Apostoli debemus accipere: Postquam autem placuit ei, qui me segregavit de utero matris meae, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me; ut evangelizarem illum in gentibus (Galat. I, 15). Joannes quoque Baptista sanctificatur in utero, et sanctum Spiritum accipit, et movetur in vulva, et per os matris loquitur (Luc. I). Quod autem dixit, Prophetam in gentibus dedi te, illud vult intelligi, quod in ipso postea Propheta lecturi sumus, quod non solum Jerusalem, sed et multis in circuitu gentibus prophetarit. Quidam hunc locum super Salvatore intelligunt, qui proprie Propheta gentium fuit; et per Apostolos vocavit omnes nationes. Iste enim vere priusquam in utero virginali formaretur, et antequam exiret de vulva matris, sanctificatus in utero est; et notus 838 Patri, quippe qui semper in Patre, et in quo semper Pater.

(Vers. 6.) Et dixi: Ah, ah, ah, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. LXX: Et dixi, o Domine Deus, nescio loqui, quia juvenis sum. Detestatur officium quod pro aetate non potest sustinere, eadem verecundia qua et Moyses tenuis et gracilis vocis esse se dicit (Exod. IV et 6). Sed ille quasi magnae robustaeque aetatis corripitur; huic pueritiae datur venia, quae verecundia et pudore decoratur.

(Vers. 7, 8.) Et dixit Dominus ad me: Noli dicere, Puer sum, quoniam ad omnia quae mittam te, ibis, et universa quaecumque mandavero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia ego tecum sum, ut eruam te, dicit Dominus. Ne aetatem, inquit, consideres; alio enim propheta loquente, didicisti: Cani hominis sunt sapientia ejus (Sap. IV, 9): tuae sit tantum voluntatis ut pergas; me habebis comitem, quo cuncta adjuvante complebis: aperi os tuum et implebo illud (Psal. LXXX). Nec consideres multitudinem eorum ad quos et contra quos locuturus es: sed me, qui tecum sum, ut eruam te, dicit Dominus. Liberat autem Dominus, non quo Propheta persecutionibus careat et angustiis, quippe cum legamus eum multa perpessum; sed ut patiens omnia superet, nec cedat angustiae.

(Vers. 4, 5.) Y vino a mí la palabra del Señor, diciendo: Antes de que te formara en el vientre, te conocí; y antes de que salieras de la vulva, te santifiqué: te he puesto por profeta para las naciones. No es que Jeremías existiera antes de la concepción, como sospecha la herejía, sino que el Señor preconoció que él existiría, para quien las cosas aún no hechas ya están hechas, según aquello que dice el Apóstol: *El que llama a las cosas que no son, como si fuesen* (Rom. 4:17). Que sea santificado en el útero, debemos entenderlo según aquello del Apóstol: *Mas cuando agradó a aquel que me apartó desde el vientre de mi madre, y me llamó por su gracia, revelar a su Hijo en mí, para que yo lo evangelizase entre los gentiles* (Gál. 1:15). También Juan el Bautista es santificado en el útero, y recibe el Espíritu Santo, y se mueve en el seno materno, y habla por boca de su madre (Lc. 1). En cuanto a lo que dijo, *te he puesto por profeta para las naciones*, quiere que se entienda lo que hemos de leer más adelante en este mismo Profeta, que no solo a Jerusalén, sino también a muchas naciones circundantes profetizó. Algunos entienden este pasaje sobre el Salvador, quien propiamente fue Profeta de las naciones; y por medio de los Apóstoles llamó a todas las gentes. Pues Él verdaderamente, antes de ser formado en el útero virginal, y antes de salir de la vulva de su madre, fue santificado en el útero; y conocido por el Padre, puesto que siempre está en el Padre, y en Él siempre está el Padre.

(Vers. 6.) Y dije: ¡Ah, ah, ah, Señor Dios, he aquí que no sé hablar, porque soy un niño! LXX: *Y dije: oh Señor Dios, no sé hablar, porque soy joven.* Rechaza el oficio que por su edad no puede sostener, con la misma vergüenza con que Moisés dice ser de voz tarda y torpe (Éx. 4 y 6). Pero aquel es reprendido como si fuera de edad grande y robusta; a este se le concede el perdón por su niñez, que se adorna con la vergüenza y el pudor.

(Versículos 7, 8) Y el Señor me dijo: No digas: "Soy un niño", porque irás a todo lo que te envíe, y todo lo que te mande, lo dirás. No temas ante ellos, porque yo estoy contigo para librarte, dice el Señor. No consideres tu edad, dice; pues, hablando otro profeta, aprendiste: "La canicie del hombre es su sabiduría" (Sabiduría 4:9). Sea solo tu voluntad el proseguir; me tendrás por compañero, con cuya ayuda todo lo cumplirás: "abre tu boca y yo la llenaré" (Salmo 80). Ni consideres la multitud de aquellos a quienes y contra quienes has de hablar, sino a mí, que estoy contigo para librarte, dice el Señor. Mas el Señor libra, no para que el Profeta carezca de persecuciones y angustias —puesto que leemos que padeció muchas cosas—, sino para que, sufriendo, todo lo supere y no ceda a la angustia.

(Vers. 9.) Et misit Dominus manum suam, et tetigit os meum: et dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo. Notandum quod hic manus mittatur Dei, quae tangat os Prophetae, et dicatur ei: Ecce dedi verba mea in ore tuo; in Isaia autem scriptum sit: Et missus est ad me unus de Seraphim, et in manu habebat carbonem quem forcipe tulerat de altari, et tetigit os meum et dixit: Ecce tetigit iste labia tua, et auferet iniquitates tuas, et peccata tua mundabit (Isa. VI, 6, 7). Ibi enim quia solidae et perfectae aetatis erat, et ipse simpliciter confitetur quod immunda labia habeat, et habitet in medio populi polluta labia habentis: mittitur unus de Seraphim, qui non manu, sed forcipe et carbone tangat os ejus et iniquitates auferat, et mundet peccata. Hic autem ipsius Dei manus mittitur, per quam cuncta operatus est, et quae in alio loco brachium dicitur: non ut peccata auferat, quae per pueritiam multa non fecerat; sed ut loquendi gratiam tribuat. Porro Ezechiel librum devorat et intus et foris scriptum, tam sacramenta divina, quam simplicem historiam continentem. Jeremiae os tangitur, 839 et Domini verba tribuuntur, ut confidentiam accipiat praedicandi. Pulchreque juxta litteram manus mittitur, ut humanorum artuum videns similitudinem, tactum manus non reformidet.

(Vers. 10.) Ecce ego constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas et destruas, et disperdas, et dissipes, et aedifices, et plantes. Hoc quod nos de Hebraico addidimus, dissipes, sive deponas, in Septuaginta non habetur. Et considerandum quod quatuor tristibus duo laeta succedant. Neque enim aedificari poterant bona, nisi destructa essent mala: nec plantari optima, nisi eradicarentur pessima. Omnis enim plantatio, quam non plantavit coelestis Pater, eradicabitur: et aedificatio quae supra petram non habet fundamentum, sed in arena exstructa est, sermone Dei suffoditur atque destruitur. Illam autem quam consumet Jesus spiritu oris sui, et destruet adventu praesentiae suae, omnem scilicet sacrilegam perversamque doctrinam, disperdet in perpetuum. Porro ea quae elevantur contra scientiam Dei, et in sua confidunt sapientia, quae apud Deum stultitia est, dissipabit atque deponet: ut aedificentur pro bis humilia, et in locum superiorum quae destructa sunt et evulsa, exstruantur atque plantentur, quae Ecclesiasticae conveniunt veritati: et impleatur illud quod dicit Apostolus, Dei aedificatio, Dei agricultura estis (II Cor. III, 9).

(Versículo 9) Y extendió el Señor su mano y tocó mi boca, y me dijo el Señor: He aquí que he puesto mis palabras en tu boca. Es de notar que aquí se extiende la mano de Dios, que toca la boca del Profeta, y se le dice: "He aquí que he puesto mis palabras en tu boca"; mientras que en Isaías está escrito: "Y fue enviado a mí uno de los Serafines, y en su mano tenía un carbón que con tenazas había tomado del altar, y tocó mi boca y dijo: He aquí que esto ha tocado tus labios, y quitará tus iniquidades, y limpiará tus pecados" (Isaías 6:6-7). Pues allí, como era de edad sólida y perfecta, y él mismo confiesa simplemente que tiene labios impuros y que habita en medio de un pueblo de labios contaminados, es enviado uno de los Serafines, que no con la mano, sino con tenazas y un carbón, toca su boca y quita sus iniquidades y limpia sus pecados. Aquí, en cambio, se extiende la mano misma de Dios, por la cual ha obrado todas las cosas, y que en otro lugar se llama su brazo: no para quitar los pecados, que por su niñez no había cometido en gran número, sino para conceder la gracia de hablar. Por su parte, Ezequiel devora un libro escrito por dentro y por fuera, que contiene tanto los sacramentos divinos como la simple historia. A Jeremías se le toca la boca y se le conceden las palabras del Señor, para que reciba la confianza para predicar. Y bellamente, según la letra, se extiende una mano, para que, viendo la semejanza de miembros humanos, no temiera el tacto de la mano.

(Versículo 10) He aquí que te he constituido hoy sobre las gentes y sobre los reinos, para arrancar y para destruir, y para esparcir, y para disipar, y para edificar, y para plantar. Esto que hemos añadido del hebreo, "disipar" o "deponer", no se encuentra en los Setenta. Y ha de considerarse que a cuatro cosas tristes suceden dos alegres. Pues no podían edificarse las cosas buenas si no se destruían las malas; ni plantarse las óptimas si no se erradicaban las pésimas. Porque toda planta que no plantó el Padre celestial será arrancada de raíz; y la edificación que no tiene su fundamento sobre la roca, sino que está construida sobre la arena, es socavada y destruida por la palabra de Dios. Mas aquella que Jesús consumirá con el espíritu de su boca y destruirá con la llegada de su presencia, es decir, toda doctrina sacrílega y perversa, la dispersará para siempre. Además, aquellas cosas que se elevan contra la ciencia de Dios y confían en su propia sabiduría, que es necedad ante Dios, las disipará y depondrá, para que en su lugar se edifiquen las cosas humildes, y en el lugar de las superiores que fueron destruidas y arrancadas, se construyan y planten las que convienen a la verdad eclesiástica; y se cumpla aquello que dice el Apóstol: "Sois edificación de Dios, agricultura de Dios" (II Cor. 3:9).

Multi hunc locum super personam Christi intelligunt: Jeremias enim interpretatur excelsus Domini: qui destruxit regna diaboli, quae sibi in montis ostenderat excelso: adversarias perdiderit potestates, delens chirographum errorum in cruce. De quibus et in Psalmo post historiae veritatem τροπικῶς loquitur: Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt-reges terrae, et principes convenerunt in unum (Psal. II, 1, 2). Pro his evulsis, destructis, et perditis, et in inferiora detractis, aedificatur atque plantatur Ecclesia Dei. Super Jeremiae autem persona nulla dubitatio est. Legimus enim in consequentibus (Ad. cap. XXV), quod in manu accipiat calicem meri plenum; et propinare jubeatur cunctis in circuitu nationibus.

(Vers. 11, 12.) Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Quid tu vides, Jeremia? Et dixi, Virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus 840 ad me: Bene vidisti: quia vigilabo ego super verbum meum ut faciam illud. Pro virga vigilante, LXX baculum nuceum transtulerunt. Laborandum igitur nobis est, ut breviter Hebraeam etymologiam Latinus lector intelligat. SECED nux dicitur: vigilia autem, vel vigil, sive vigilare appellatur SOCED (). Unde et in posterioribus, pardus vigilans hoc nomine ponitur. Ab eo igitur quod dicitur nux, propter verbi similitudinem ad vigilis intelligentiam nomen allusit: quod quidem et in Daniele juxta Theodotionem scriptum est, ut ab arboribus πρίνου et σχίνου, ilice videlicet et lentisco, scissio atque serratio adulteris presbyteris decernatur. Alioquin et in principio Geneseos a viro, qui dicitur IS (), mulier appellatur ISSA (), quasi quaedam virago, eo quod de viro sumpta sit. Pro baculo nuceo, virgam vigilantem, Aquila et Symmachus; Theodotio vero amygdalinam transtulerunt. Vigilat autem virga, cuncta populi peccata considerans, ut percutiat et corripiat delinquentes. Unde et Apostolus scribit peccantibus: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate et spiritu mansuetudinis (I Cor. IV, 23)? Ista est virga, vel baculus, de qua David loquitur: Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt (Ps. XXII, 5). Pulchreque posuit, consolata sunt. Ad hoc enim Dominus corripit, ut emendet. Et quomodo nux, sive amygdalum, amarissimam habet corticem, et testa durissima cingitur, ut detractis austerioribus et duris, fructus dulcissimus reperiatur: sic omnis correptio, et labor continentiae, amara quidem videtur ad praesens: sed fructus parit dulcissimos. Unde et vetus illa sententia est: Litterarum radices amarae, fructus dulces. Quidam virgam vigilantem atque nuceam, intelligunt Dominum, de quo dicit Isaias: Exiet virga de radice Jesse (Isa. XI, 1). Unde et virga Aaron, quae putabatur emortua, in resurrectione Domini floruisse narratur.

Muchos entienden este pasaje sobre la persona de Cristo: pues Jeremías se interpreta como "el excelso del Señor", que destruyó los reinos del diablo, que este le había mostrado en un monte elevado; destruyó las potestades adversarias, borrando en la cruz el quirógrafo de los errores. De las cuales también en el Salmo, después de la verdad histórica, se habla tropológicamente (*tropikōs*): "¿Por qué se amotinaron las gentes, y los pueblos pensaron cosas vanas? Se levantaron los reyes de la tierra, y los príncipes se juntaron en uno" (Salmo 2:1-2). En lugar de estas cosas arrancadas, destruidas, perdidas y arrastradas a lo inferior, se edifica y se planta la Iglesia de Dios. Sobre la persona de Jeremías, sin embargo, no hay duda alguna. Pues leemos en lo que sigue (cf. cap. XXV) que recibe en su mano un cáliz lleno de vino puro, y se le ordena dar de beber a todas las naciones de alrededor.

(Versículos 11, 12) Y vino a mí la palabra del Señor, diciendo: ¿Qué ves, Jeremías? Y dije: Veo una vara vigilante. Y el Señor me dijo: Has visto bien, porque yo vigilaré sobre mi palabra para cumplirla. En lugar de 'vara vigilante', los Setenta tradujeron 'un báculo de nogal'. Por lo tanto, debemos esforzarnos por explicar brevemente la etimología hebrea para que el lector latino la entienda. `SECED` se dice por 'nuez'; mientras que 'vigilia' o 'vigilante' o 'vigilar' se llama `SOCED`. De ahí que también en pasajes posteriores, un 'leopardo vigilante' es designado con este nombre. Por lo tanto, a partir de lo que se llama 'nuez', por la similitud de la palabra, se alude al significado de 'vigilante'; esto, en efecto, también está escrito en Daniel según Teodoción, de modo que de los árboles *prinos* (*πρίνου*) y *schinos* (*σχίνου*), es decir, la encina y el lentisco, se decreta una 'división' y un 'aserrado' para los presbíteros adúlteros. Asimismo, también en el principio del Génesis, de 'varón', que se dice `IS`, la 'mujer' es llamada `ISSA`, como una cierta *virago* (varona), porque fue tomada del varón. En lugar de 'un báculo de nogal', Áquila y Símaco tradujeron 'una vara vigilante'; Teodoción, en cambio, tradujo 'una vara de almendro'. Ahora bien, la vara vigila, considerando todos los pecados del pueblo, para golpear y corregir a los delincuentes. De ahí que también el Apóstol escriba a los pecadores: '¿Qué queréis? ¿Iré a vosotros con una vara, o con caridad y espíritu de mansedumbre?' (I Cor. IV, 23)? Esta es la vara, o báculo, de la que habla David: 'Tu vara y tu cayado, ellos me han consolado' (Sal. XXII, 5). Y bellamente puso, 'me han consolado'. Pues para esto corrige el Señor: para enmendar. Y así como la nuez, o la almendra, tiene una corteza muy amarga y está rodeada por una cáscara durísima, de modo que, quitadas las partes más austeras y duras, se encuentra el fruto dulcísimo: así toda corrección, y el trabajo de la continencia, parece amarga en el presente, pero engendra los frutos más dulces. De ahí también aquella vieja sentencia: 'Las raíces de las letras son amargas, los frutos dulces'. Algunos entienden la vara vigilante y de nogal como el Señor, de quien dice Isaías: 'Saldrá una vara de la raíz de Jesé' (Is. XI, 1). De ahí también que la vara de Aarón, que se creía muerta, se narra que floreció en la resurrección del Señor.

(Vers. 13, 14.) Et factum est verbum Domini secundo ad me dicens: Quid tu vides? et dixi, Ollam succensam ego video: et faciem ejus a facie Aquilonis. Et dixit Dominus ad me: Ab Aquilone aperientur (sive exardescent) mala super omnes habitatores terrae. Quibusdam gradibus, peccantibus tormenta tribuuntur; ut paulatim veniant ad salutem. 841 Qui noluerint, percutiente virga, emendari, mittuntur in ollam aeneam atque succensam, de qua plenius scribit Ezechiel, quae a facie Aquilonis accenditur (Ezech. XXIV), Babylonium [Al. Babyloniorum] regem significans et urbem Jerusalem. Pulchreque insertur: Ab Aquilone exardescent mala super omnes habitatores terrae: vel terrae Judae, vel certe universae terrae, de quibus in Apocalypsi scriptum est: Vae super omnes habitatores terrae (Apoc. VIII, 13). Sancti enim non sunt habitatores terrae: sed advenae atque peregrini, quorum unus dicit: Advena ego sum super terram; et peregrinus sicut omnes patres mei (Psal. XXXVIII, 13). Et alius: Parvi sunt et pessimi dies mei, quibus ego peregrinor in terra (Gen. XLVII, 9). Unde et Petrus Catholicam Epistolam scribit advenis atque peregrinis Ponti, Galatiae et Cappadociae (I Petr. I). Et juxta mysticos intellectus Salomon loquitur: Aquilo durus ventus (Prov. XXV, 23): nomine autem dexter vocatur ab his videlicet, qui ejus obriguere frigore, et calorem fidei perdiderunt.

(Vers. 15, 16.) Quia ecce convocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus, et venient et ponent unusquisque solium suum in introitu portarum Jerusalem, et super omnes muros ejus in circuitu, et super universas urbes Judae. Et loquar judicia mea cum eis super omni malitia eorum, qui dereliquerunt me, et libaverunt diis alienis et adoraverunt opus manuum suarum. Nulli dubium, multas gentes et singularum gentium reges Babylonio regi fuisse subjectos, qui, obsessa Jerusalem, posuerunt in circuitu, et maxime in exitibus portarum thronum suum atque tentoria, ne quis eorum qui clausi erant posset erumpere: et non solum Jerusalem, sed et omnes urbes Judae simili obsidione vallatas. Cumque, ait, capta fuerit civitas, tunc loquar ad eos recta fuisse judicia mea, et recepisse singulos, quae merebantur: non pro caeteris vitiis, quibus subjacet humana conditio; sed maxime pro idololatria, per quam deserentes me, adoraverunt opera manuum suarum. Quidam hunc locum in bonam partem accipiunt, quod videlicet hi qui in olla aenea excocti fuerint, per cruciatus ante purgati, postea principes sint Jerusalem: et postquam misertus eorum fuerit Dominus, tunc exprobret eis, quia se deserto, simulacra venerati sunt. Sed haec violenta et prava interpretatio est: ne calumniam faciat tractator indoctus.

(Versículos 13, 14) Y vino a mí por segunda vez la palabra del Señor, diciendo: ¿Qué ves? Y dije: Veo una olla hirviendo, y su faz está vuelta desde el lado del Aquilón. Y el Señor me dijo: Desde el Aquilón se desatarán (o *arderán*) los males sobre todos los habitantes de la tierra. Por ciertos grados, se atribuyen tormentos a los pecadores, para que poco a poco lleguen a la salvación. Quienes no quisieron ser enmendados por el golpe de la vara, son arrojados a una olla de bronce e hirviente, de la cual Ezequiel escribe más plenamente, que se enciende desde el lado del Aquilón (Ez. XXIV), significando al rey de Babilonia [Alt: de los babilonios] y a la ciudad de Jerusalén. Y bellamente se inserta: 'Desde el Aquilón arderán los males sobre todos los habitantes de la tierra': ya sea de la tierra de Judá, o ciertamente de toda la tierra, de quienes está escrito en el Apocalipsis: '¡Ay de todos los habitantes de la tierra!' (Apoc. VIII, 13). Pues los santos no son habitantes de la tierra, sino advenedizos y peregrinos, uno de los cuales dice: 'Soy advenedizo sobre la tierra, y peregrino como todos mis padres' (Sal. XXXVIII, 13). Y otro: 'Pocos y malos son mis días, en los que peregrino en la tierra' (Gén. XLVII, 9). De ahí que también Pedro escriba su Epístola Católica a los advenedizos y peregrinos del Ponto, Galacia y Capadocia (I Pe. I). Y según las interpretaciones místicas, Salomón dice: 'El Aquilón es un viento duro' (Prov. XXV, 23); pero por nombre es llamado 'diestro' por aquellos, a saber, que se han entumecido por su frío y han perdido el calor de la fe.

(Versículos 15, 16.) Pues he aquí que convocaré a todas las familias de los reinos del Norte, dice el Señor, y vendrán y pondrá cada uno su trono a la entrada de las puertas de Jerusalén, y sobre todos sus muros en derredor, y sobre todas las ciudades de Judá. Y pronunciaré mis juicios contra ellos por toda su maldad, porque me abandonaron, y ofrecieron libaciones a dioses ajenos y adoraron la obra de sus manos. No hay duda de que muchas gentes y los reyes de cada una de las gentes estuvieron sujetos al rey de Babilonia, quienes, habiendo sitiado Jerusalén, pusieron en derredor, y especialmente en las salidas de las puertas, su trono y sus tiendas, para que ninguno de los que estaban encerrados pudiera escapar; y no solo Jerusalén, sino también todas las ciudades de Judá fueron rodeadas por un asedio similar. Y cuando, dice, la ciudad haya sido tomada, entonces les declararé que mis juicios fueron rectos, y que cada uno recibió lo que merecía: no por los demás vicios a los que está sujeta la condición humana, sino principalmente por la idolatría, por la cual, abandonándome, adoraron las obras de sus propias manos. Algunos interpretan este pasaje en un sentido favorable, a saber, que aquellos que fueron cocidos en la olla de bronce, habiendo sido purgados antes por medio de tormentos, serían después príncipes de Jerusalén; y que después de que el Señor se hubiera apiadado de ellos, entonces les reprocharía que, habiéndole abandonado, veneraron simulacros. Pero esta es una interpretación forzada y perversa, para que el expositor indocto no haga una calumnia.

(Vers. 17.) Tu ergo accinge lumbos tuos: et surge, et loquere ad eos omnia, quae ego praecipio tibi. Et Job praecipitur, ut accingat lumbos suos (Job. IV): et Apostolis (Luc. XII), ut accinctis lumbis, quos Elias (IV Reg. I) et Joannes Baptista (Matth. III) zonis mortificavere pelliceis, lucernas teneant in manibus suis, praedicationis videlicet Evangelicae. Quicumque igitur sermones locuturus est Dei, debet accingere lumbos suos, sciens quod diaboli omnis virtus in lumbis sit (Job. XL); et justus dicat in Psalmis: Lumbi mei impleti sunt illusionibus (Psal. XXXVII, 8). Cumque accinxerit lumbos, audiat illud quod scriptum est: Surge qui dormis, et elevare: et illuminabit te Christus (Ephes. V, 14); ut semper vigilans, et de somno consurgens, loquatur quae sibi praeceperit Deus.

Ne timeas a facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. Sive ut Septuaginta, et caeteri habent interpretes: ne forte timere te faciam. Et est sensus juxta translationem nostram: Noli timere a facie eorum: me enim adjutore, eos timere non poteris. Juxta Septuaginta: Noli timere a facie eorum, habeto meae confidentiam jussionis. Si enim non obtuleris, quod habes, ut timere desinas, derelinquam te, et tradam timori, et quodammodo videbor timere te facere, dum relinquo formidini. Hoc autem significat, quod semper amanda sit veritas: nec timenda hominum multitudo, qui increpiti [Al. intrepidi] correptionem non sustinent; sed insidias tendunt ei, a quo corripiuntur. Quodque juxta LXX sequitur: quia tecum sum ut liberem te, dicit Dominus, in Hebraico non habetur. Et est sensus: Eruam te, non in eo ut tibi nullus insidietur; sed in eo, ut patiens insidias, non delinquas.

(Vers. 18, 19.) Ego quippe dedi te hodie (sive Ecce posui te in hac die) in civitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum aeneum super omnem terram: regibus Juda, principibus ejus, et sacerdotibus, et populo terrae. Et bellabunt adversum te, et non praevalebunt: quia tecum ego sum, ait Dominus, ut liberem te. Describit sermo divinus, cur Propheta timere non debeat. Ego, inquit, posui, sive dedi te hodie, hoc est, in praesenti vita, donec vocatur hodie, quasi civitatem firmissimam: non ut unam domum, nec turrim, aut aliqua moenia (Matth. V); sed omnem civitatem, quae sita super montem latere non potest. De qua scriptum est: Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei (Psal. LXXXVI, 2). Et: Ego civitas firma, civitas quae oppugnatur (Isa. XXVII, 3). Et, in columnam, inquit, ferream, de qua scribit Apostolus: Columna et firmamentum veritatis (I Tim. III, 15).

(Versículo 17.) Tú, pues, ciñe tus lomos, y levántate, y diles todo lo que yo te mando. También a Job se le manda que ciña sus lomos (Job 4); y a los Apóstoles (Lucas 12), que con los lomos ceñidos —los cuales Elías (4 Reyes 1) y Juan el Bautista (Mateo 3) mortificaron con cinturones de piel—, tuvieran lámparas en sus manos, es decir, de la predicación evangélica. Quienquiera, pues, que vaya a pronunciar las palabras de Dios, debe ceñir sus lomos, sabiendo que toda la fuerza del diablo está en sus lomos (Job 40); y el justo dice en los Salmos: "Mis lomos están llenos de ilusiones" (Salmo 37:8). Y cuando haya ceñido sus lomos, oiga aquello que está escrito: "Despierta, tú que duermes, y levántate, y te iluminará Cristo" (Efesios 5:14); para que, siempre vigilante y levantándose del sueño, hable lo que Dios le ha mandado.

No temas ante su rostro, pues no haré que temas su semblante. O como tienen la Septuaginta y los demás intérpretes: no sea que te haga temer. Y el sentido según nuestra traducción es: No temas ante su rostro, pues conmigo como ayudador, no podrás temerles. Según la Septuaginta: No temas ante su rostro, ten confianza en mi mandato. Pues si no ofreces lo que tienes para dejar de temer, te abandonaré y te entregaré al temor, y en cierto modo pareceré hacerte temer, al dejarte al pavor. Esto, sin embargo, significa que la verdad debe ser siempre amada, y no se ha de temer a la multitud de los hombres, quienes, al ser reprendidos [variante: intrépidos], no soportan la corrección, sino que tienden insidias a aquel por quien son corregidos. Y lo que sigue según la LXX, "porque estoy contigo para librarte, dice el Señor", no se encuentra en el hebreo. Y el sentido es: Te rescataré, no en el sentido de que nadie te tenderá insidias, sino en el de que, sufriendo las insidias, no pecarás.

(Versículos 18, 19.) Pues yo te he puesto hoy (o, He aquí que te he puesto en este día) como ciudad fortificada, y como columna de hierro, y como muro de bronce sobre toda la tierra: para los reyes de Judá, sus príncipes, y sus sacerdotes, y para el pueblo de la tierra. Y pelearán contra ti, y no prevalecerán: porque yo estoy contigo, dice el Señor, para librarte. La palabra divina describe por qué el Profeta no debe temer. Yo, dice, te he puesto, o te he dado hoy, esto es, en la vida presente, mientras se llama hoy, como una ciudad firmísima: no como una casa, ni una torre, o unas murallas (Mat. 5); sino como una ciudad entera, que, situada sobre un monte, no puede esconderse. De la cual está escrito: Cosas gloriosas se han dicho de ti, ciudad de Dios (Salmo 86:2). Y: Yo soy una ciudad fuerte, una ciudad que es asediada (Isa. 27:3). Y, dice, 'una columna de hierro', de la cual escribe el Apóstol: 'Columna y fundamento de la verdad' (1 Tim. 3:15).

Unde Petrus et Joannes, qui putabantur columnae Ecclesiae, dextras dederunt Paulo et Barnabae communionis. Nec hoc sufficit, sed in murum, ait, aeneum, qui nulla violatur rubigine, nec caesus imbribus deperit; sed vetustate fit [Al. sit] fortior. Eris autem talis contra reges et principes et populum, non cujuslibet loci, sed terrae; iis qui terrena sapiunt, et coelestia non noverunt, qui habent imaginem χοϊκοῦ et non coelestis. Hi, inquit, bellabunt adversum te, et non praevalebunt. Cur quaeso? Quae est tantae fortitudinis causa, ut nec reges, nec principes, nec sacerdotes, nec populi adversus unum praevaleant? Sequitur: Quia tecum ego sum, ait Dominus, ut liberem te. Si quando reges Juda, qui interpretatur confessio, et principes ejus et sacerdotes et populi, episcopi videlicet et presbyteri et diaconi, et vulgus vile atque ignobile, contra sanctum virum consurgere voluerint, habeat fidei firmitatem, et timere desistat: quia, Domino auxiliante, superabit.

(Cap. II.---Vers. 1.) Et factum est verbum Domini ad me dicens: Vade, et clama in auribus Jerusalem dicens. Hoc in Septuaginta non habetur: sed sub asteriscis de Theodotionis editione additum est, qui verbum Hebraicum CARATH (), pro quo nos diximus clama; sive praedica, interpretatus est, lege. Et lectionem enim et clamorem et praedicationem pro sui ambiguitate significat. Aures autem Jerusalem, pro auribus habitatorum ejus debemus accipere.

(Vers. 2.) Haec dicit Dominus: Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam et charitatem desponsationis tuae: quando secuta me es in deserto, in terra quae non seminatur. LXX: Haec dicit Dominus: Recordatus sum misericordiae adolescentiae tuae, et dilectionis perfectionis tuae. Plenius hoc in Ezechiel dicitur (Ezech. I), quando sibi Jerusalem in matrimonio Dominus copulat, et sub persona uxoris, suis jungit amplexibus: sive ut ardentiorem monstret affectum, puellam eam et adolescentulam et desponsatam vocat. Quo enim necdum potiti sumus, magis ut potiamur appetimus. Quando, inquit, secuta es me in solitudine; et instar sponsaliorum et dotis, Legis tibi ornamenta et verborum distribui monilia. Totumque hoc non ad meritum ejus refert, sed ad suam misericordiam, per quam et charitatem consecuta est. Hoc quoque quod posuimus, in deserto, in terra quae non seminatur, in LXX non habetur.

(Vers. 3.) Sanctus Israel Domino primitiae frugum ejus: omnes qui devorant eum, delinquent: mala venient super eos, dicit Dominus. Quando Israel dicit primitias frugum Domini, ostendit populum de gentibus congregatum esse post primitias; juxta illud quod in alio loco scriptum est: Memor esto congregationis tuae, quam possedisti ab initio (Psal. LXXIII, 2). Primitiae autem semper debentur sacerdotibus, et non hostibus.

De donde Pedro y Juan, que eran considerados columnas de la Iglesia, dieron a Pablo y a Bernabé la diestra en señal de comunión. Y no es esto suficiente, sino 'un muro', dice, 'de bronce', que no es dañado por herrumbre alguna, ni perece azotado por las lluvias; sino que con la vejez se hace [o: sea] más fuerte. Serás, pues, tal contra los reyes y príncipes y el pueblo, no de cualquier lugar, sino de la tierra; contra aquellos que gustan de las cosas terrenas, y no han conocido las celestiales, que tienen la imagen del terrenal (χοϊκοῦ) y no del celestial. Estos, dice, 'pelearán contra ti, y no prevalecerán'. ¿Por qué, pregunto? ¿Cuál es la causa de tan gran fortaleza, que ni reyes, ni príncipes, ni sacerdotes, ni pueblos pueden prevalecer contra uno solo? Sigue: 'Porque yo estoy contigo, dice el Señor, para librarte'. Si en algún momento los reyes de Judá, que se interpreta como 'confesión', y sus príncipes y sacerdotes y pueblos —a saber, obispos y presbíteros y diáconos, y el vulgo vil e innoble— quisieran levantarse contra el varón santo, que tenga firmeza de fe y deje de temer: porque, con la ayuda del Señor, vencerá.

(Capítulo II.—Verso 1.) Y vino a mí la palabra del Señor, diciendo: Ve, y clama a los oídos de Jerusalén, diciendo. Esto no se encuentra en la Septuaginta: pero fue añadido con asteriscos de la edición de Teodoción, quien interpretó la palabra hebrea CARATH (), por la cual nosotros dijimos 'clama' o 'predica', como 'lee'. Pues significa tanto la lectura como el clamor y la predicación, según su ambigüedad. Además, debemos entender 'los oídos de Jerusalén' como los oídos de sus habitantes.

(Verso 2.) Así dice el Señor: Me he acordado de ti, compadeciéndome de tu juventud y del amor de tu desposorio: cuando me seguiste en el desierto, en una tierra que no se siembra. LXX: Así dice el Señor: Me he acordado de la misericordia de tu juventud, y del amor de tu perfección. Esto se dice más plenamente en Ezequiel (Ez. 1), cuando el Señor se une a Jerusalén en matrimonio, y bajo la persona de una esposa, la une a sus abrazos: o, para mostrar un afecto más ardiente, la llama niña, jovencita y desposada. Pues aquello que aún no hemos poseído, más deseamos poseerlo. Cuando, dice, me seguiste en el desierto; y a modo de desposorios y dote, te distribuí los ornamentos de la Ley y las joyas de mis palabras. Y todo esto no lo refiere a su mérito, sino a su propia misericordia, por la cual también ella alcanzó el amor. Esto también que hemos puesto, 'en el desierto, en una tierra que no se siembra', no se encuentra en la LXX.

(Versículo 3) Israel es santo para el Señor, las primicias de su cosecha; todos los que lo devoran, delinquirán; males vendrán sobre ellos, dice el Señor. Cuando llama a Israel las primicias (*primitiae*) de la cosecha del Señor, muestra que el pueblo congregado de entre los gentiles viene después de las primicias; conforme a aquello que está escrito en otro lugar: *Acuérdate de tu congregación, la que poseíste desde el principio* (Sal. 73:2). Ahora bien, las primicias siempre se deben a los sacerdotes, y no a los enemigos.

Quod sequitur: Omnes qui devorant eum, delinquent: mala venient super eos, dicit Dominus, hunc habet sensum: Quomodo qui primitias devorant (Num. V), nequaquam de genere sacerdotali, sceleris rei sunt: sic qui contaminant Israel, malis subjicientur: juxta illud quod in vicesimo sexto psalmo sanctus David loquitur: Dum appropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas: qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt (Psal. XXVI, 3, 4). Neque enim ex eo quod Dei exequuntur sententiam, immunes erunt a supplicio, malaque veniunt super eos: oportet enim venire scandala; verum, vae ei per quem veniunt scandala (Mat. XVIII).

(Vers. 4, 5.) Audite verbum Domini, domus Jacob, et omnes cognationes domus Israel. Haec dicit Dominus: Quid invenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongaverunt a me: et ambulaverunt post vanitatem: et vani facti sunt? Hunc sensum et alius propheta testatur: Populus meus quid feci tibi, et quid molestus fui tibi? Responde mihi: quia eduxi te de terra Aegypti, et de domo servientium liberavi te (Mich. VI, 34). Utrumque autem nomen, Jacob et Israel ponitur: non secundum duas et decem tribus, sed juxta omnem populum: cum et ipse Jacob postea appellatus sit Israel (Gen. XXXII). Offensam autem ducit a patribus, non quo peccata patrum filiis imputentur: sed quo et filii habentes patrum similitudinem, et suo et parentum scelere puniantur. Saepe legimus quod propter sanctos patres, filiorum misereatur Deus. Dereliquerunt autem patres populi peccatoris Deum; et non breviter, sed longo tempore: et pro Deo secuti sunt vanitatem, idola videlicet, quae nihil prosunt cultoribus suis: et ipsis similes facti sunt secundum illud quod scriptum est: Similes illis fiant qui faciunt ea; et omnes qui confidunt in eis (Psal. CXIII, 16).

(Vers. 6.) Et non dixerunt, Ubi est Dominus qui ascendere nos fecit de terra Aegypti: qui transduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem et inviam: per terram sitis et 845 imaginem mortis, per terram in qua non ambulavit vir, neque habitabit homo. Pro homine, LXX filium hominis interpretati sunt; et pro imagine mortis, de Theodotione additum est, umbra mortis. Quod cum juxta historiam manifestum sit, illud considerandum est secundum anagogen, quod quamdiu in isto saeculo sumus, et de Aegypto educimur, paulatim ascendimus, et primum deserta transimus et terram inhabitabilem, quam sanctus inhabitare non debet, et inviam, ut difficultatem monstret itineris. Per terram sitis, ubi semper majora cupimus, nec praesentibus contenti sumus; et imaginem, sive umbram mortis: semper enim in periculo consistimus, et ubique diabolus tendit laqueos suos: per terram, in qua non ambulavit vir, qui perfectae aetatis in Christo est.

Lo que sigue: *Todos los que lo devoran, delinquirán; males vendrán sobre ellos, dice el Señor,* tiene este sentido: así como los que devoran las primicias (Núm. 5), no siendo en modo alguno del linaje sacerdotal, son reos de crimen, así los que contaminan a Israel serán sometidos a males, conforme a lo que el santo David dice en el salmo vigésimo sexto: *Mientras se me acercan los malvados para comer mis carnes, mis enemigos que me atribulan, ellos mismos se debilitaron y cayeron* (Sal. 26:3, 4). Pues no por ejecutar la sentencia de Dios estarán inmunes del suplicio, y los males vienen sobre ellos; porque es necesario que vengan escándalos, pero ¡ay de aquel por quien vienen los escándalos! (Mat. 18).

(Versículos 4, 5) Oíd la palabra del Señor, casa de Jacob, y todas las familias de la casa de Israel. *Esto dice el Señor: ¿Qué iniquidad encontraron vuestros padres en mí, para que se alejaran de mí, y anduvieran tras la vanidad, y se volvieran vanos?* Este sentido lo atestigua también otro profeta: *Pueblo mío, ¿qué te he hecho, o en qué te he sido molesto? Respóndeme; porque te saqué de la tierra de Egipto, y de la casa de servidumbre te liberé* (Miq. 6:3-4). Además, se ponen ambos nombres, Jacob e Israel, no según las doce tribus, sino según todo el pueblo, ya que Jacob mismo fue llamado después Israel (Gén. 32). La ofensa, sin embargo, la remonta a los padres, no porque los pecados de los padres se imputen a los hijos, sino porque los hijos, teniendo la semejanza de sus padres, son castigados tanto por su propia maldad como por la de sus padres. A menudo leemos que por causa de los santos padres, Dios se compadece de los hijos. Mas los padres del pueblo pecador abandonaron a Dios, y no brevemente, sino por largo tiempo; y en lugar de Dios siguieron la vanidad, es decir, los ídolos, que de nada aprovechan a sus cultores, y se hicieron semejantes a ellos, según lo que está escrito: *Semejantes a ellos sean los que los hacen, y todos los que en ellos confían* (Sal. 113:16).

(Vers. 33, 34.) Quid niteris ostendere viam tuam bonam ad quaerendam dilectionem, quae insuper et malitias tuas docuisti vias tuas: et in alis tuis (sive in manibus) inventus est sanguis animarum pauperum et innocentium. Non in fossis (sive foveis) inveni eos: sed in omnibus istis (sive sub omni quercu). Frustra, inquit, te cupis verborum arte defendere, et quasi bona ostendere opera tua ut merearis dilectionem: quae insuper etiam alios docuisti vias tuas, et exemplum fuisti omnibus malorum operum, et in alis quippe, sive in manibus tuis, inventus est sanguis innocentium, quos idolis immolasti, sive quorum animas perdidisti sacrificiorum similitudine. Pauperes, de Hebraico posuimus, qui in Septuaginta non habentur. Hos autem, inquit, pauperes et innocentes, non inveni in foveis interfectos, quod solet plerumque accidere latronum insidiis: sed in omnibus quae supra memoravi, sive sub quercu, quae Hebraice dicitur ELLA (): quae quidem et ista significat; ut sit sensus: In omnibus istis, sive sub quercu, atque terebintho, sub cujus umbra et frondibus quasi in amoenis locis idololatriae sceleribus fruebaris.

(Vers. 35, 36.) Et dixisti: Absque peccato et innocens ego sum: et propterea avertatur furor tuus a me. Ecce ego judicio contendam tecum, eo quod dixeris, Non peccavi: quam vilis es facta nimis (sive quomodo comtempsisti nimis) iterans vias tuas. His utendum est adversus eos qui nolunt sua peccata cognoscere: sed in tempore afflictionis et angustiae dicunt se injuste sustinere quae sustinent: magisque provocant iram Dei, dum alterum, majusque peccatum sit, non lugere quod fecerint, sed vanas excusationes obtendere peccatorum. Judicio, inquit, contendam tecum pro eo quod dixeris, Non peccavi: quasi majus quippiam sit hoc peccatum, aliud habere in conscientia, aliud in sermone proferre. Audiat nova ex veteri haeresis, iram Dei esse vel maximam, nolle peccatum confiteri humiliter; sed impudenter jactare justitiam:

(Vers. 37.) Et ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Assur: nam et ab ista egredieris, et manus tuae erunt super caput tuum: quoniam contrivit Dominus confidentiam (sive spem) tuam, et nihil in ea habebis prosperum. Ut Aegyptiorum impetum declinarent, confugiebant ad Assyrios, quorum cassum fuit praesidium, victos enim eos ab Aegyptiis legimus. Rursum ut iram Assyrii fugerent, Aegyptiorum adjutorio utebantur; quos ab Assyriis superatos, narrat historia.

Por lo cual también Juan el Evangelista se recuesta sobre el pecho del Señor (Juan 13), y a los sacerdotes, entre otras cosas, se les separa el pecho de las víctimas (Núm. 18). Cuanto mayor es el número de los tiempos en los que nos olvidamos del Señor, tanto mayor es la pena del pecado, que ni con la longitud de los siglos pudo ser domado.

(Vers. 33, 34.) ¿Por qué te esfuerzas en mostrar tu camino como bueno para buscar el amor, tú que además también enseñaste tus malicias a tus caminos: y en tus alas (o en tus manos) ha sido hallada la sangre de las almas de los pobres e inocentes. No en fosas (o hoyas) los hallé: sino en todas estas (o bajo cada encina). En vano, dice, deseas defenderte con el arte de las palabras, y mostrar como buenas tus obras para merecer el amor: tú que además enseñaste a otros tus caminos, y fuiste ejemplo para todos de malas obras, y ciertamente en tus alas, o en tus manos, fue hallada la sangre de los inocentes, a los que inmolaste a los ídolos, o cuyas almas perdiste con la semejanza de los sacrificios. "Pobres" lo hemos puesto del hebreo, los cuales no se encuentran en los Setenta. A estos, dice, pobres e inocentes, no los hallé muertos en hoyas, lo que suele suceder frecuentemente por las asechanzas de los ladrones: sino en todas las cosas que antes mencioné, o bajo la encina, que en hebreo se llama ELLA: la cual ciertamente también significa "estas"; para que el sentido sea: En todas estas, o bajo la encina y el terebinto, bajo cuya sombra y frondosidad, como en lugares amenos, disfrutabas de los crímenes de la idolatría.

(Vers. 35, 36.) Y dijiste: "Sin pecado e inocente soy yo: y por eso apártese de mí tu furor". He aquí que yo contenderé contigo en juicio, por el hecho de que hayas dicho: "No pequé"; cuán vil te has vuelto en exceso [alt. cuánto despreciaste en exceso] reiterando tus caminos. Estas cosas deben usarse contra aquellos que no quieren reconocer sus pecados: sino que en el tiempo de la aflicción y de la angustia dicen que padecen injustamente lo que padecen; y más bien provocan la ira de Dios, siendo otro pecado y mayor, no llorar lo que hicieron, sino ofrecer vanas excusas de sus pecados. "Contenderé", dice, "contigo en juicio por aquello de que dijiste: 'No pequé'"; como si fuera algo mayor este pecado, tener una cosa en la conciencia y proferir otra en el discurso. Oiga la nueva herejía de la antigua, que la ira de Dios es máxima cuando no se quiere confesar el pecado con humildad, sino que impúdicamente se alardea de justicia.

(Vers. 37.) Y de Egipto serás confundida, como fuiste confundida por Asur: pues también de esta saldrás, y tus manos estarán sobre tu cabeza: puesto que el Señor quebrantó tu confianza (o esperanza), y nada tendrás próspero en ella. Para declinar el ímpetu de los egipcios, se refugiaban en los asirios, cuyo auxilio fue vano, pues leemos que estos fueron vencidos por los egipcios. De nuevo, para huir de la ira del asirio, usaban el auxilio de los egipcios; a quienes la historia narra que fueron superados por los asirios.

Increpantur ergo, quod omissa spe in Dominum, hominum utantur auxilio, quod omne contritum est et ita subversum, ut nihil in eo utilitatis valeant reperire. Unde ait: Et ab ista egredieris, hoc est, ab Aegypto, sicut egressa es ab Assyriis; et manus tuae erunt super caput tuum, lugebisque te frustra ab Aegyptiis exspectasse praesidium. Recordemur historiae quando ab Amnon fratre sceleratissimo corrupta Thamar et violata, supra caput sparsum cinere manus posuerit, et ita reversa sit in domum suam (II Reg. XIII).

(Cap. III.---Vers. 1.) Vulgo dicitur (pro quo LXX tantum dicitur transtulerunt). Si demiserit vir uxorem suam, et recedens ab eo duxerit virum alterum: numquid revertetur ad eam ultra? numquid non polluta et contaminata erit mulier illa? (sive terra illa?) et tu fornicata es cum amatoribus multis (sive pastoribus.) Verbum enim REIM (), quod quatuor litteris scribitur RES, AIN, JOD, MEM, et amatores, et pastores utrumque significat. Et si legamus REIM, amatores significat: si ROIM, pastores. Tamen revertere ad me, dicit Dominus (sive revertebaris ad me, dicit Dominus). In Hebraeo etiam post fornicationem suscipit poenitentem, et hortatur ut revertatur ad se. In LXX vero, non provocat ad poenitentiam, sed arguit impudentiam meretricis, quod post adulterium reverti audeat ad maritum. Quodque ait: et contaminata erit mulier illa, pro quo in Hebraico legimus terram, relinquit exemplum, et manifestius de terra loquitur Israel, quae adulterae mulieri comparatur. Utamur hoc testimonio adversus eos qui fidem Domini relinquentes, et haereticorum erroribus praepediti, post multas fornicationes et deceptiones animarum, simulant se reverti ad pristinam veritatem: non ut deponant venena pectoris, sed ut caeteris insinuent.

(Vers. 2.) Leva oculos tuos in directum, et vide ubi non prostrata sis. In viis sedebas exspectans eos quasi latro in solitudine (sive quasi cornix deserta). Pro latrone, sive [Al. et] cornice, in Hebraeo scriptum est ARABE , quod potest et Arabas significare, quae gens latrociniis dedita, usque hodie incursat terminos Palaestinae, et descendentibus de Jerusalem in Jericho obsidet vias: cujus rei et Dominus in Evangelio recordatur (Luc. X). Eleva igitur oculos tuos, o Jerusalem, et huc illucque circumspice, et vide ubi non fornicatione prostrata sis. Quomodo enim latrones solent ad vesperam et in desertis locis viatoribus insidias tendere: sic tu juxta fornicariam Proverbiorum, sedebas in viis ad vesperam, ut concubitu tuo animas interficeres fornicantium (Prov. VII): propter quod universa terra polluta est in fornicationibus tuis (Eccles. IX). Significanterque juxta anagogen his qui haereticos errores deserere se promittunt, praecipitur ut levent oculos in directum. Nisi enim recta videri ceperint, pravitatem pristinam damnare non possunt.

Se les increpa, por tanto, porque omitida la esperanza en el Señor, usan el auxilio de los hombres, el cual está todo quebrantado y de tal modo subvertido, que no pueden hallar en él ninguna utilidad. Por lo cual dice: "Y de esta saldrás", esto es, de Egipto, como saliste de los asirios; "y tus manos estarán sobre tu cabeza", y llorarás por haber esperado en vano el auxilio de los egipcios. Recordemos la historia cuando Tamar, habiendo sido corrompida y violada por su hermano Amnón, el más criminal, puso las manos sobre la cabeza rociada de ceniza, y así regresó a su casa (2 Sam. 13).

(Cap. III.---Vers. 1.) Comúnmente se dice (para lo cual los Setenta tradujeron solamente "se dice"): Si un hombre despide a su mujer, y ella, alejándose de él, se casa con otro hombre: ¿acaso volverá él más a ella? ¿no estará contaminada y manchada aquella mujer (o aquella tierra)? y tú has fornicado con muchos amantes (o pastores). Pues la palabra REIM, que se escribe con cuatro letras RES, AIN, JOD, MEM, significa tanto "amantes" como "pastores". Y si leemos REIM, significa "amantes"; si ROIM, "pastores". Sin embargo, vuelve a mí, dice el Señor (o, volvías a mí, dice el Señor). En el hebreo, incluso después de la fornicación, recibe al penitente, y exhorta a que vuelva a él. En los Setenta, en cambio, no provoca a la penitencia, sino que increpa la impudencia de la meretriz, porque después del adulterio se atreve a volver al marido. Y lo que dice: "y contaminada estará aquella mujer", por lo cual en el hebreo leemos "la tierra", deja el ejemplo, y más manifiestamente habla de la tierra de Israel, que es comparada con la mujer adúltera. Usemoos este testimonio contra aquellos que, abandonando la fe del Señor y enredados en los errores de los herejes, después de muchas fornicaciones y engaños de las almas, simulan volver a la pristina verdad: no para deponer los venenos del pecho, sino para insinuarlos a los demás.

(Vers. 2.) Levanta tus ojos en línea recta, y mira dónde no has sido postrada. En los caminos te sentabas esperándolos como un ladrón en la soledad (o como una corneja desierta). Por ladrón, o [alt. y] corneja, en el hebreo está escrito ARABE, que puede significar también "árabes", cuya nación, dedicada a los latrocinios, hasta el día de hoy incursiona en los términos de Palestina, y asedia los caminos para los que descienden de Jerusalén a Jericó: de lo cual también el Señor se acuerda en el Evangelio (Lucas 10). Levanta, pues, tus ojos, oh Jerusalén, y mira acá y allá, y mira dónde no has sido postrada por la fornicación. Pues así como los ladrones suelen tender asechanzas a los viajeros al atardecer y en lugares desiertos, así tú, a semejanza de la fornicaria de los Proverbios, te sentabas en los caminos al atardecer, para matar con tu coito las almas de los que fornicaban (Prov. 7): por lo cual toda la tierra está contaminada en tus fornicaciones (Ecl. 9). Y significativamente, según la anagogía, se prescribe a los que prometen que abandonarán los errores heréticos, que levanten los ojos en línea recta. Pues si no comienzan a ver rectamente, no pueden condenar la perversidad pristina.

(Vers. 2, 3.) Et polluisti (sive interfecisti) terram fornicationibus tuis, et in malis tuis [Al. in malitiis]: quamobrem prohibitae sunt stillae pluviarum, et serotinus imber non fuit (sive et habuisti pastores multos in offensionem tui). Interfecta est terra, sive polluta, propter interfectionem eorum, qui idololatriae fornicatione perierunt. Unde ablata est omnium benedictio rerum, ut paterentur siccitatem sermonis Dei. Sive habuit pastores, per quos offenderet Deum; ut qui magistri esse debuerant, ut alios ab errore prohiberent, auctores impietatis exstiterint.

(Vers. 3.) Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. LXX: Facies meretricis facta est tibi: sine rubore facta es ad omnes. Quia supra (Ad cap. II, 35) dixerat: Non peccavi, et magis peccaverat sua scelera denegando: idcirco nunc arguit quasi mulierem procacem et nimiae impudentiae: ut non ad unum et alterum procaci vultu feratur, sed nullum erubescat. Utamur hoc sermone adversum haereticorum conciliabulum, qui in suis erroribus gloriantur.

(Vers. 4, 5.) Ergo saltem amodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meae es tu: numquid irasceris in perpetuum, aut perseverabis in finem? Erubescant haeretici qui nolunt ad meliora converti, nec regredi ad Patrem Creatorem suum, et audiant: Saltem amodo voca me, Pater meus dux virginitatis meae es tu. Ipse despondit animam vestram amplexibus suis, et docet quomodo orare debeat, et agere poenitentiam. Quanto autem ille clementior, qui salutis post fornicationem ostendit viam: tanto miserior meretrix, quae non vult post vulnera recipere sanitatem. Ecce locuta es, et fecisti mala, et potuisti. Pro verbis poenitentiae, verbis superbiae blasphemasti: et implesti cogitationem tuam malam, et ostendisti contra virum fortitudinem tuam, ut possis facere quod sermone tractasti. (Vers. 6 seqq.) Et dixit Dominus ad me in diebus Josiae regis: Numquid vidisti, quae fecerit aversatrix Israel? Abiit sibimel super omnem montem excelsum, et subter omne lignum frondosum, et fornicata est ibi. Et dixi, quum fecisset haec omnia: Ad me convertere, et non est reversa. Et vidit praevaricatrix soror ejus Judu, quia pro eo, quod moechata est aversatrix Israel, dimisissem eam, et dedissem ei libellum repudii, et non timuit praevaricatrix Juda soror ejus, sed abiit et fornicata est etiam ipsa, et facilitate fornicationis suae contaminavit terram, et moechata est cum lapide et ligno: et in omnibus his non est reversa ad me praevaricatrix soror ejus Juda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus. Aliorum tormenta, aliorum remedia sunt. Cumque punitur homicida, recipit quidem ipse quod fecit; sed alii deterrentur a scelere.

(Vers. 2, 3.) Y contaminaste (o mataste) la tierra con tus fornicaciones, y en tus males [alt. en tus malicias]: por lo cual fueron prohibidas las gotas de las lluvias, y la lluvia serotina no existió (o, y tuviste muchos pastores para tu ofensa). Fue muerta la tierra, o contaminada, por la muerte de aquellos que perecieron por la fornicación de la idolatría. Por lo cual fue quitada la bendición de todas las cosas, para que padecieran sequía de la palabra de Dios. O bien tuvo pastores por los cuales ofendió a Dios; de modo que los que debieron ser maestros para prohibir a otros el error, resultaron ser autores de la impiedad.

(Vers. 3.) Se te ha hecho la frente de una mujer meretriz, no quisiste sonrojarte. Los Setenta: "Se te ha hecho el rostro de una meretriz: te has vuelto sin rubor ante todos". Porque antes había dicho (Al cap. II, 35): "No pequé", y había pecado más negando sus crímenes: por eso ahora la increpa como a una mujer procaz y de excesiva impudencia: de modo que es llevada con rostro audaz no a uno o a otro, sino que no se sonroja ante nadie. Usemoos este discurso contra el conciliábulo de los herejes, que se glorían en sus errores.

(Vers. 4, 5.) Por tanto, al menos desde ahora llámame: "Padre mío, tú eres el guía de mi virginidad": ¿acaso te enojarás para siempre, o perseverarás hasta el fin? Sonrójense los herejes que no quieren convertirse a cosas mejores, ni regresar al Padre su Creador, y oigan: "Al menos desde ahora llámame: Padre mío, tú eres el guía de mi virginidad". Él mismo desposó vuestra alma con sus abrazos, y enseña cómo debe orar y hacer penitencia. Cuanto más clemente es él, que muestra el camino de la salvación después de la fornicación, tanto más miserable es la meretriz que no quiere recibir la salud después de las heridas. He aquí que has hablado y has hecho males, y has podido. En lugar de palabras de penitencia, has blasfemado con palabras de soberbia: y has cumplido tu mal pensamiento, y has mostrado tu fortaleza contra el marido, para poder hacer lo que trataste de palabra. (Vers. 6 y ss.) Y el Señor me dijo en los días del rey Josías: ¿Has visto lo que ha hecho la aversatriz Israel? Se fue ella sola sobre todo monte excelso, y bajo todo árbol frondoso, y fornicó allí. Y dije, cuando hubo hecho todas estas cosas: "Vuélvete a mí", y no volvió. Y vio su hermana prevaricadora Judá, que por el hecho de que la aversatriz Israel había cometido adulterio, yo la había despedido y le había dado el libelo de repudio, y no temió su hermana prevaricadora Judá, sino que también ella se fue y fornicó, y por la facilidad de su fornicación contaminó la tierra, y cometió adulterio con la piedra y el leño: y en todas estas cosas no volvió a mí su hermana prevaricadora Judá con todo su corazón, sino en la mentira, dice el Señor. Los tormentos de unos son los remedios de otros. Y cuando se castiga al homicida, él ciertamente recibe lo que hizo, pero otros son disuadidos del crimen.

Decem igitur tribubus, quae appellabantur Israel, captis ab Assyriis, Mediamque translatis (IV. Reg. XVII), duae tribus Juda et Benjamin, quae debuerant similia formidare, et tota ad Deum mente converti, vicerunt decem tribuum scelera. Et intantum idola sunt secutae, ut in Templo Dei statuam Baal ponerent, quae in Ezechiel vocatur idolum, ad zelum et aemulationem Domini collocatum (Ezech. VIII). Loquitur autem sub figura duarum sororum, quia de una sunt Abraham, Isaac, et Jacob stirpe generatae, et priorem aversatricem, sequentem praevaricatricem vocat. Illa enim Deum penitus aversata est, statim adoratis in Dan et Bethel vitulis aureis. Ista autem, apud quam erat Templum et veri Dei religio, imitatione germanae, paulatim recessit a Domino (III Reg. XII). Et idcirco praevaricatrix dicitur. Secundum anagogen autem de haereticis prophetia est: qui falsi nominis scientiam dum se arbitrantur haeretica subtilitate seclari, ascendunt mentem superbiae: et carnis hujus voluptatibus deliniti, sub omni ligno frondoso et amoeno exponunt fornicationem suam. Qui cum tradantur diabolo in interitum carnis, frequenter evenit, ut domus Juda, id est, confessionis et verae fidei, nequaquam terreatur exemplo, sed multo majora committat; et facilitate fornicationis suae contaminet terram Ecclesiae, moechetur cum lapide et ligno, ea sequens dogmata, quae adversaria Deo sunt. Sin autem ecclesiasticus vir corrigere voluerit errantem, et putridas resecare carnes, et ad poenitentiam retrahere eos qui secuti fuerint falsitatem: ac nihilominus illi sub specie Ecclesiasticae veritatis antiquum sequantur errorem, dici potest de his: In omnibus his non est reversa ad me praevaricatrix soror ejus Juda in toto corde suo, sed in mendacio. Fit autem haec prophetia Josiae temporibus, regis justi, sub quo Jeremias exorsus est prophetare.

(Vers. 11.) Et dixit Dominus ad me: Justificavit animam suam aversatrix Israel comparatione praevaricatricis Juda. Justior, inquit, est Israel comparatione Judae: quia illa statim in principio periit, haec illius cruciatibus potuit emendari. Attendat nova ex veteri haeresis, quod Israel comparatione Judae justificata dicatur. Nec mirum hoc de unius gentis sororibus, cum Sodoma quoque collatione Jerusalem, justitiae nomen accipiat, dicente Dominon per Ezechiel: Justificata est Sodoma ex te (Ezech. XVI, 55): et publicanus Pharisaei comparatione fit justus (Luc. XVIII).

Por lo tanto, las diez tribus que se llamaban Israel, capturadas por los asirios y trasladadas a Media (2 Rey. 17), las dos tribus de Judá y Benjamín, que debieron temer cosas semejantes y convertirse a Dios con toda su mente, superaron los crímenes de las diez tribus. Y hasta tal punto siguieron a los ídolos, que en el Templo de Dios pusieron la estatua de Baal, que en Ezequiel se llama ídolo, colocado para el celo y la emulación del Señor (Ezeq. 8). Habla, pues, bajo la figura de dos hermanas, porque fueron engendradas de una sola estirpe de Abraham, Isaac y Jacob; y llama a la primera "aversatriz" y a la siguiente "prevaricadora". Aquélla, en efecto, se apartó totalmente de Dios, adorando inmediatamente en Dan y Betel los becerros de oro. Ésta, en cambio, en la que estaba el Templo y la religión del Dios verdadero, por imitación de su hermana, poco a poco se apartó del Señor (1 Rey. 12). Y por eso es llamada prevaricadora. Según la anagogía, en cambio, es una profecía sobre los herejes: quienes, mientras creen seguir la ciencia de falso nombre con sutileza herética, elevan la mente de la soberbia, y deleitados por las voluptuosidades de esta carne, exponen su fornicación bajo todo árbol frondoso y ameno. Quienes, al ser entregados al diablo para la perdición de la carne, sucede frecuentemente que la casa de Judá, esto es, de la confesión y de la verdadera fe, de ninguna manera se aterra por el ejemplo, sino que comete cosas mucho mayores; y por la facilidad de su fornicación contamina la tierra de la Iglesia, comete adulterio con la piedra y el leño, siguiendo aquellos dogmas que son adversarios de Dios. Pero si un hombre eclesiástico quisiera corregir al que yerra, y recortar las carnes podridas, y retraer a la penitencia a los que siguieron la falsedad: y sin embargo ellos, bajo la apariencia de la verdad eclesiástica, siguieran el antiguo error, puede decirse de éstos: "En todas estas cosas no volvió a mí su hermana prevaricadora Judá con todo su corazón, sino en la mentira". Además, esta profecía ocurre en los tiempos de Josías, el rey justo, bajo el cual Jeremías comenzó a profetizar.

(Vers. 11.) Y el Señor me dijo: La aversatriz Israel ha justificado su alma en comparación con la prevaricadora Judá. Más justa, dice, es Israel en comparación con Judá: porque aquélla pereció inmediatamente al principio, mientras que ésta pudo haber sido enmendada por los tormentos de aquélla. Advierta la nueva herejía de la antigua, que se dice que Israel ha sido justificada en comparación con Judá. No es de extrañar esto respecto a las hermanas de una sola nación, cuando Sodoma también recibe el nombre de justicia por comparación con Jerusalén, diciendo el Señor por medio de Ezequiel: "Sodoma ha sido justificada por ti" (Ezeq. 16, 55): y el publicano se hace justo en comparación con el fariseo (Luc. 18).

(Vers. 12. seqq.) 860 Vade, et clama (sive lege) sermones istos contra Aquilonem, et dices: Revertere, aversatrix Israel, dicit Dominus, et non avertam (sive firmabo) faciem meam a vobis (sive super vos), quia sanctus (sive misericors) ego sum, dicit Dominus, et non irascar in perpetuum. Verumtamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum praevaricata es (sive impie egisti), et dispersisti (sive effudisti) vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, et vocem meam non audisti, ait Dominus. Verbum Hebraicum CARATH, et voca, et clama, et lege significat. Unde Aquila et Symmachus, clamita: LXX et Theodotio lege, interpretati sunt. Ad Aquilonem autem et contra Babylonem atque Assyrios sermo dirigitur, ad decem et duas tribus: et earum reversio praedicatur. Et non avertam faciem meam, inquit, a vobis; sive non firmabo faciem meam contra vos, ut nequaquam vos austeritate judicii, sed vultu misericordiae suscipiam. Sanctus enim et misericors sum, ut non recorder ultra iniquitatis vestrae, nec meminerim quod a Domino recessistis, et pro illo vos idola delectarint, et fornicatae sitis sub omni ligno umbroso atque frondoso. Quod quidem ad haereticos et in Ecclesia negligentes dici potest, qui quotidie per ecclesiasticos viros ad poenitentiam provocantur: et quibus proprie aptari potest, Et vocem meam non audistis. Omnis autem haereticus habitat in Aquilone, et calorem fidei perdidit, nec audire potest illud Apostoli: Spiritu ferventes (Rom. XII, 11). Et quia se voluptatibus tradidit, recessit a Domino, et dispersit vias suas alienis dogmatibus, et voluptatem secutus est. Nulla enim haeresis nisi propter gulam ventremque construitur, ut seducat mulierculas oneratas peccatis, semper discentes et numquam ad scientiam veritatis pervenientes (II Tim. III), de quibus vere dicitur: Qui devorant populum meum velut escam panis (Psal. XIII, 8): et quos Christus notat, devorantes domos viduarum (Matth. XII). Cumque, inquit, misertus tui fuero, ne justum esse te putes: sed memento iniquitatis tuae semper, et scito quia in Dominum fornicatus sis: et superbiae colla demitte, ut qui offendisti Dominum per arrogantiam, placeas per humilitatem. Illi autem quod supra diximus: Et non firmabo faciem meam super vos, illud propheticum convenit: Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele (Psal. L, 11).

(Vers. 14 seqq.) Convertimini ad me, filii revertentes (sive vagi et recedentes) dicit Dominus: quia 861 ego vir vester (sive dominator vestri), et assumam vos, unum de civitate, et duos de cognatione, et introducam vos in Sion, et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina. Cumque multiplicati fueritis et creveritis in terra, in diebus illis, ait Dominus, non dicent ultra, arca pacti (vel Testamenti) Domini: neque ascendet super cor, nec recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet ultra.

(Vers. 12 y ss.) 860 Ve, y clama (o lee) estas palabras hacia el Aquilón, y dirás: Vuélvete, aversatriz Israel, dice el Señor, y no apartaré (o fijaré) mi rostro de vosotros (o sobre vosotros), porque santo (o misericordioso) soy yo, dice el Señor, y no me enojaré para siempre. No obstante, conoce tu iniquidad, porque has prevaricado (o has actuado impíamente) contra el Señor tu Dios, y has dispersado (o derramado) tus caminos ante los extraños bajo todo árbol frondoso, y mi voz no has oído, dice el Señor. La palabra hebrea CARATH significa tanto "llama", como "clama" y "lee". De ahí que Aquila y Símaco tradujeran "clama a voces", mientras que los Setenta y Teodoción interpretaron "lee". El discurso se dirige hacia el Aquilón y contra Babilonia y los asirios, a las diez y dos tribus: y se predica su regreso. "And I will not turn away my face," dice, "de vosotros"; o "no fijaré mi rostro contra vosotros", para no recibiros de ninguna manera con austeridad de juicio, sino con rostro de misericordia. Pues soy santo y misericordioso, para no acordarme más de vuestra iniquidad, ni recordar que os apartasteis del Señor, y que en su lugar os deleitaron los ídolos, y que fornicasteis bajo todo árbol sombrío y frondoso. Esto ciertamente puede decirse a los herejes y a los negligentes en la Iglesia, que diariamente son provocados a la penitencia por los hombres eclesiásticos: y a quienes propiamente se les puede aplicar: "Y mi voz no habéis oído". Pues todo hereje habita en el Aquilón, y ha perdido el calor de la fe, ni puede oír aquello del Apóstol: "Fervientes en espíritu" (Rom. 12, 11). Y porque se entregó a las voluptuosidades, se apartó del Señor, y dispersó sus caminos con dogmas extraños, y siguió la voluptuosidad. Pues ninguna herejía se construye sino por causa de la gula y el vientre, para seducir a mujercillas cargadas de pecados, que siempre aprenden y nunca llegan al conocimiento de la verdad (2 Tim. 3), de las cuales verdaderamente se dice: "Los que devoran a mi pueblo como bocado de pan" (Sal. 13, 8): y a quienes Cristo señala, "devorando las casas de las viudas" (Mat. 12). Y cuando, dice, me haya apiadado de ti, no te creas justo: sino acuérdate siempre de tu iniquidad, y sabe que has fornicado contra el Señor: e inclina el cuello de la soberbia, para que tú, que ofendiste al Señor por la arrogancia, le agrades por la humildad. A aquello que dijimos arriba: "Y no fijaré mi rostro sobre vosotros", le conviene aquel dicho profético: "Aparta tu rostro de mi pecados, y borra todas mis iniquidades" (Sal. 50, 11).

(Vers. 14 y ss.) "Convertíos a mí, hijos que regresáis (o vagos y que os apartáis)", dice el Señor: "porque 861 yo soy vuestro marido (o vuestro dominador), y os tomaré, uno de una ciudad y dos de una familia, y os introduciré en Sión, y os daré pastores según mi corazón, y os apacentarán con ciencia y doctrina." Y cuando os hayáis multiplicado y crecido en la tierra, en aquellos días", dice el Señor, "no dirán más: 'el arca del pacto (o del Testamento) del Señor'; ni subirá al corazón, ni se acordarán de ella, ni será visitada, ni se hará más."

Judaei impletum hoc putant post reversionem ex Babylone sub Cyro rege Persarum, et Zorobabel filio Salathiel (Isa. I), etiam si non omnes reversi sunt, hoc significari: assumat unum de civitate et duos de cognatione. Sed melius in adventu Christi, quando reliquiae salvae factae sunt, dicente et exponente Apostolo: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus et similes Gomorrhae fuissemus (Rom. IX, 29), tunc introducti sunt in Sion, de qua scriptum est: Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei (Psal. LXXXVI, 2). Et dati sunt pastores juxta cor ejus, Apostoli et Apostolici viri, et parunt credentium multitudinem, non Judaicis in caeremoniis, sed in scientia Christi atque doctrina, et in toto orbe praedicatione Evangelii seminata, nequaquam in arca Domini, quae custos fuit legis Mosaicae, habebunt fiduciam; sed ipsi erunt templum Dei: nec juxta errantes Nazaraeos, abolitis sacrificiis inservient, sed spiritualem cultum sectabuntur. Alii vero hoc in fine temporum intelligunt, quando subintrante plenitudine gentium omnis Israel salvus fiet (Rom. XI).

(Vers. 17.) In tempore illo vocabunt Jerusalem solium Domini, et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem, et non ambulabunt post pravitatem cordis sui pessimi. Nequaquam Dominus sedebit super arcam Testamenti et Cherubim, cui prius ab illo populo dicebatur: Qui sedes super Cherubim, manifestare (Psal. LXXIX, 2): sed omnes perfecta mente credentes, erunt thronus Dei. Vel certe melius totum de Ecclesia intelligendum: quando congregantur omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem, in qua est visio pacis: et nequaquam ambulant post pravitatem cordis sui pessimi, ut faciant quae desiderant, nec suos sequuntur errores; sed dicunt cum Propheta: Adhaesit anima mea post te: me suscepit dextera tua (Psal. LXII, 9).

(Vers. 18.) In diebus illis ibit domus Juda ad domum Israel et venient simul de terra Aquilonis ad terram quam dedi patribus vestris. Hoc 862 proprie in Christi completur adventu, quando de duodecim simul tribubus Evangelio crediderunt, relinquentes terram Aquilonis durissimi frigoris: et a diaboli imperio recedentes, tunc receperunt terram repromissionis, quam pollicitus fuerat patribus eorum, Abraham, Isaac, et Jacob. Edidi nuper libellum parvum de terra repromissionis.

Los judíos piensan que esto se cumplió después del regreso de Babilonia bajo Ciro, rey de los persas, y Zorobabel hijo de Salatiel (Isa. 1), aunque no todos regresaran, que esto se significa: "tome a uno de una ciudad y a dos de una familia". Pero mejor en el advenimiento de Cristo, cuando las reliquias fueron salvadas, diciendo y exponiendo el Apóstol: "Si el Señor de los ejércitos no nos hubiera dejado semilla, habríamos sido como Sodoma y habríamos sido semejantes a Gomorra" (Rom. 9, 29), entonces fueron introducidos en Sión, de la cual está escrito: "Cosas gloriosas se han dicho de ti, ciudad de Dios" (Sal. 86, 2). Y fueron dados pastores según su corazón, los Apóstoles y hombres apostólicos, y engendran una multitud de creyentes, no en las ceremonias judaicas, sino en la ciencia y doctrina de Cristo, y sembrada en todo el orbe la predicación del Evangelio, de ninguna manera tendrán confianza en el arca del Señor, que fue la custodia de la ley mosaica; sino que ellos mismos serán el templo de Dios: ni servirán, según los errantes nazarenos, a sacrificios abolidos, sino que seguirán el culto espiritual. Otros, en cambio, entienden esto al fin de los tiempos, cuando, al entrar la plenitud de las naciones, todo Israel sea salvo (Rom. 11).

(Vers. 17.) En aquel tiempo llamarán a Jerusalén trono del Señor, y se congregarán en ella todas las naciones en el nombre del Señor en Jerusalén, y no caminarán tras la depravación de su pésimo corazón. De ninguna manera se sentará el Señor sobre el arca del Testamento y los Querubines, a quien antes decía aquel pueblo: "Tú que te sientas sobre los Querubines, manifiéstate" (Sal. 79, 2): sino que todos los que creen con mente perfecta serán el trono de Dios. O ciertamente mejor ha de entenderse todo sobre la Iglesia: cuando se congregan todas las naciones en el nombre del Señor en Jerusalén, en la cual está la visión de la paz: y de ninguna manera caminan tras la depravación de su pésimo corazón, para hacer lo que desean, ni siguen sus errores; sino que dicen con el Profeta: "Mi alma se adhirió tras de ti: tu diestra me recibió" (Sal. 62, 9).

(Vers. 18.) En aquellos días irá la casa de Judá a la casa de Israel, y vendrán juntas de la tierra del Aquilón a la tierra que di a vuestros padres. Esto 862 se cumple propiamente en el advenimiento de Cristo, cuando de las doce tribus a la vez creyeron al Evangelio, abandonando la tierra del Aquilón de durísimo frío: y apartándose del imperio del diablo, entonces recibieron la tierra de la promesa, que había prometido a sus padres, Abraham, Isaac y Jacob. Recientemente publiqué un librito sobre la tierra de la promesa.

(Vers. 19.) Ego autem dixi: Quomodo ponam te in filios, et tribuam tibi terram desiderabilem, haereditatem praeclaram, exercituum gentium? Et dixi, patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis. Pro haereditate praeclara, exercituum gentium, quam Septuaginta transtulerunt, haereditatem nominatam Dei omnipotentis gentium, Theodotio significantius transtulit, haereditatem inclytam fortitudinis robustissimi gentium, Christum significans, qui ductor et Dominus est universarum gentium, suo nomini passionique credentium. Ipse dixit ad Israel: Patrem vocabis me. Et: Qui credit in me, credit in Patrem (Joan. II, 19). Ipse pollicitus est: Ponam te in filios: in numero scilicet filiorum meorum, qui mihi de gentium populo crediderunt; et quibus dedi terram desiderabilem. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem ut filii Dei fiant (Joan. I).

(Vers. 20.) Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum: sic contempsit me domus Israel, dicit Dominus. Christi vox est juxta populum Judaeorum, cui dixerat: Ponam te in filios: et dabo tibi terram desiderabilem: et patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis. Quomodo, inquit, mulier contemnit, non virum, sed amatorem, si semel commixta fuerit, cernens eum suae libidini servientem, et in se mutatam esse legem naturae, per quam viro quondam subjecta fuerat, dicente Domino: Et ad te conversio ejus: sic domus Israel, id est, populus Judaeorum contempsit Dominum Salvatorem in perniciem suam.

(Vers. 21, 22.) Vox in viis (sive in labiis) audita est, ploratus et ululatus filiorum Israel, quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui. Convertimini, filii revertentes, et sanabo aversiones (sive contritiones) vestras: pro quo Symmachus transtulit, conversiones. Libenter Deus suscipit poenitentes, et occurrit filio inopia et squalore confecto, statimque induit pristinis vestibus, et reddit gloriam revertenti: ita dumtaxat ut revertatur in ploratu et ululatu. Suo enim vitio fecit iniquam 863 viam suam, et oblitus est Domini Dei et Patris sui, ad quos prophetali sermone loquitur: Convertimini, filii revertentes. Quos idcirco filios voco, quia intellectis peccatis vestris, in ploratu atque ululatu revertimini ad parentem. Cumque vos, ait, reversi fueritis ad Dominum, sanabit omnes contritiones vestras, sive aversiones, quibus a Domino recesseratis, vel certe conversiones. Quamvis enim propria voluntate ad Dominum revertamur: tamen nisi ille nos traxerit, et cupiditatem nostram suo roboraverit praesidio, salvi esse non poterimus. Intelligamus hoc et de Judaeorum populo ad Dominum revertente: et de haereticis qui Dominum dereliquerunt.

(Vers. 19.) "Mas yo dije: ¿Cómo te pondré entre los hijos, y te daré una tierra deseable, una herencia preclara, de los ejércitos de las naciones?" Y dije: "Me llamarás padre, y no dejarás de entrar tras de mí". En lugar de "herencia preclara, de los ejércitos de las naciones", que los Setenta tradujeron como "herencia nombrada del Dios Omnipotente de las naciones", Teodoción tradujo de manera más significativa: "herencia ínclita de la fortaleza del más robusto de las naciones", significando a Cristo, que es el conductor y Señor de todas las naciones, de los que creen en su nombre y pasión. Él mismo dijo a Israel: "Me llamarás padre". Y: "El que cree en mí, cree en el Padre" (Juan 2, 19). Él mismo prometió: "Te pondré entre los hijos": a saber, en el número de mis hijos, que me han creído de entre el pueblo de las naciones; y a quienes di la tierra deseable. Pues a cuantos le recibieron, les dio potestad de ser hechos hijos de Dios (Juan 1).

(Vers. 20.) "Pero como si una mujer despreciara a su amante, así me ha despreciado la casa de Israel", dice el Señor. Es la voz de Cristo respecto al pueblo de los judíos, a quienes había dicho: "Te pondré entre los hijos: y te daré una tierra deseable; y me llamarás padre, y no dejarás de entrar tras de mí". Como, dice, una mujer desprecia, no al marido, sino al amante, si una vez se ha unido a él, viéndolo servir a su propia libido, y habiéndose cambiado en ella la ley de la naturaleza, por la cual antes había estado sujeta al marido, diciendo el Señor: "Y a él será tu conversión": así la casa de Israel, esto es, el pueblo de los judíos, despreció al Señor Salvador para su propia perdición.

(Vers. 21, 22.) "Voz en los caminos (o en los labios) se ha oído, llanto y aullido de los hijos de Israel, porque hicieron inicuo su camino, se olvidaron del Señor su Dios." "Convertíos, hijos que regresáis, y sanaré vuestras aversiones (o contriciones)": en lugar de lo cual Símaco tradujo "conversiones". Gustosamente Dios acoge a los penitentes, y sale al encuentro del hijo consumido por la penuria y la suciedad, e inmediatamente lo viste con sus antiguas ropas, y devuelve la gloria al que regresa: siempre que regrese entre llantos y aullidos. Pues por su propio vicio hizo inicuo su 863 camino, y se olvidó del Señor Dios y de su Padre, a quienes habla con palabra profética: "Convertíos, hijos que regresáis". A los cuales llamo hijos por esto, porque entendidos vuestros pecados, regresáis al padre entre llantos y aullidos. Y cuando, dice, hayáis regresado al Señor, sanará todas vuestras contriciones, o aversiones, con las que os habíais apartado del Señor, o ciertamente conversiones. Pues aunque por propia voluntad regresemos al Señor: sin embargo, a menos que Él nos atraiga, y fortalezca nuestro deseo con su auxilio, no podremos ser salvos. Entendamos esto tanto del pueblo de los judíos que regresa al Señor, como de los herejes que abandonaron al Señor.

(Vers. 23.) Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster. Vere mendaces erant colles, et multitudo (sive fortitudo) montium: vere in Domino Deo nostro salus Israel. Dicat hoc poenitens, et omnem superbiam derelinquens, et multitudinem sive altitudinem montium et collium, per quam superbiebat contra Deum: et humilitate prostratus loquatur: Vere in Domino Deo nostro salus Israel.

(Vers. 24.) Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra: greges eorum et armenta eorum, filios et filias eorum. Omnes haereticorum labores, de quibus scriptum est, Defecerunt scrutantes scrutinio (Psal. LXIII, 7), ab adolescentia eorum quos deceperant, filios et filias eorum, qui in haeresi profecerant, vel tantum luxuria tenebantur, oppressit nostra confusio. Unde inferunt:

(Vers. 25.) Dormiemus in confusione nostra, et operiet nos ignominia nostra: quoniam Deo nostro peccavimus nos, et patres nostri ab adolescentia nostra usque in hanc diem: et non audivimus vocem Domini Dei nostri. Hoc loquatur Israel, qui suum Dominum non audivit: hoc omnis haereticus qui agit poenitentiam; et tamen pars salutis est, sua confiteri et nosse peccata. Dic, inquit, tu prius iniquitates tuas: ut justificeris (Isai. XLIII, 26). Vere enim Israel dimisit Christum Dominum Deum suum, et in eum peccavit, non solum eo tempore quando visus est in carne, sed et ante adventum illius. Unde dicunt, nos et patres nostri ab adolescentia nostra usque ad hanc diem, et non audivimus vocem Dei nostri, qui nostris patribus loquebatur: Si crederetis Moysi, crederetis et mihi: de me enim ille scripsit (Joan. V, 46).

(Cap. IV.---Vers. 1.) Si reverteris, Israel, ait Dominus, ad me convertere. Pro quo LXX transtulerunt: 864 Si conversus fuerit Israel, ait Dominus, ad me convertetur. Et est sensus, si ad me fuerit reversus, revertetur de captivitate. Sive aliter: cum obtulerit quod habet: Qui enim habet, dabitur ei: qui autem non habet, etiam id quod videtur habere auferetur ab eo (Matth. XXV, 29). Porro juxta Hebraicum hic sensus est: Si reverteris ad me, Israel, et semel salutem desiderans, peccasse te dicis, et vocem Domini Dei tui non audisse, plene convertere, et crede quem negasti, et tunc erit plena conversio. Si abstuleris offendicula tua a facie mea, non com moveberis. Quando movemur et dicimus: Mei autem pene moti sunt pedes (Ps. LXXII, 2), non imbecillitate naturae hoc patimur, sed quia ponimus offendicula, et idola nostra contra Dominum.

(Vers. 23.) "He aquí que venimos a ti: porque tú eres el Señor Dios nuestro." Verdaderamente mentirosos eran los collados, y la multitud (o fortaleza) de los montes; verdaderamente en el Señor Dios nuestro está la salvación de Israel". Diga esto el penitente, y abandonando toda soberbia, y la multitud o altitud de los montes y collados, por la cual se ensoberbecía contra Dios: y postrado en humildad diga: "Verdaderamente en el Señor Dios nuestro está la salvación de Israel".

(Vers. 24.) "La confusión devoró el trabajo de nuestros padres desde nuestra adolescencia: sus rebaños y sus hatos, sus hijos y sus hijas". Todos los trabajos de los herejes, de los cuales está escrito: "Defallecieron los que escrutaban el escrutinio" (Sal. 63, 7), desde la adolescencia de aquellos a quienes habían engañado, sus hijos y sus hijas, que habían progresado en la herejía, o que sólo por la lujuria eran retenidos, los oprimió nuestra confusión. De donde infieren:

(Vers. 25.) "Dormiremos en nuestra confusión, y nos cubrirá nuestra ignominia: porque pecamos contra nuestro Dios, nosotros y nuestros padres desde nuestra adolescencia hasta este día: y no oímos la voz del Señor Dios nuestro". Diga esto Israel, que no oyó a su Señor: diga esto todo hereje que hace penitencia; y sin embargo, parte de la salvación es confesar y conocer los propios pecados. "Di tú primero tus iniquidades", dice, "para que seas justificado" (Isa. 43, 26). Pues verdaderamente Israel abandonó a Cristo el Señor su Dios, y pecó contra Él, no sólo en aquel tiempo cuando fue visto en la carne, sino también antes de su advenimiento. De donde dicen: "nosotros y nuestros padres desde nuestra adolescencia hasta este día, y no oímos la voz de nuestro Dios", que hablaba a nuestros padres: "Si creyerais a Moisés, me creeríais también a mí: pues de mí escribió él" (Juan 5, 46).

(Cap. IV.---Vers. 1.) "Si regresas, Israel", dice el Señor, "conviértete a mí". En lugar de lo cual los Setenta tradujeron: 864 "Si Israel se hubiere convertido", dice el Señor, "a mí se convertirá". Y el sentido es, si hubiere regresado a mí, regresará de la cautividad. O de otra manera: cuando ofreciere lo que tiene: "Pues al que tiene, se le dará; pero al que no tiene, aun lo que parece tener se le quitará" (Mat. 25, 29). Además, según el hebreo, el sentido es este: Si regresas a mí, Israel, y deseando una vez la salvación, dices que has pecado, y que no has oído la voz del Señor tu Dios, conviértete plenamente, y cree en aquel a quien negaste, y entonces habrá plena conversión. "Si quitares tus escándalos de mi presencia, no serás conmovido". Cuando somos conmovidos y decimos: "Pero mis pies casi se movieron" (Sal. 71, 2), no padecemos esto por debilidad de la naturaleza, sino porque ponemos escándalos e ídolos nuestros contra el Señor.

(Vers. 2.) Et jurabis, Vivit Dominus in veritate et in judicio et in justitia: et benedicent eum gentes, ipsumque laudabunt. Et quomodo Evangelium jurare nos prohibet? Sed hic (Matth. V), jurabis, pro confessione dicitur, et ad condemnationem idolorum, per quae jurabat Israel. Denique auferuntur offendicula, et jurat per Dominum. Quodque dicitur: Vivit Dominus, in Testamento veteri jusjurandum est, ad condemnationem mortuorum, per quos jurat omnis idololatra. Simulque animadvertendum quod jusjurandum hos habeat comites, veritatem, judicium atque justitiam: si ista defuerint, nequaquam erit juramentum, sed perjurium. Cumque, ait, hoc fecerit Israel, et per Apostolos magister fuerit gentium, tunc benedicent sive benedicentur in eo omnes gentes, et ipsum laudabunt quod salus processerit ex Israel.

(Vers. 3 seqq.) Haec enim dicit Dominus viro Juda et Jerusalem: Novate vobis novale, et nolite serere super spinas: circumcidimini Domino, et auferte praeputia cordium vestrorum, viri Juda et habitatores Jerusalem: ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui exstinguat, propter malitiam cogitationum (sive adinventionum) vestrarum. Pro eo quod nos diximus, circumcidimini Domino, et auferte praeputia cordium vestrorum, Symmachus posuit, purificamini Domino, et auferte malitias cordium vestrorum: circumcisionem, emundationem, et praeputia, vitium intelligens. Hoc autem praecipitur viris Juda et Jerusalem, qui veram sectantur fidem, et habitant in Ecclesia, ut non seminent super spinas quas Evangelicus sermo significat, quae suffocent sementem 865 Dei, sed prius novale faciant et omnes suffodiant vepres, sentesque auferant: ut munda semina munda arva suscipiant. Hoc est quod in alio loco dicitur: Ne miseritis margaritas vestras ante porcos, et ne detis sanctum canibus (Matth. VII, 6). Quomodo enim potest Dei audire sermonem et concipere semina et fructum facere, cujus animus aerumnis mundi plenus est? Quodque sequitur: Circumcidimini Domino, et auferte praeputia cordium vestrorum, nulli alii praecipitur, nisi viro Juda et habitatoribus Jerusalem, ut deserant occidentem litteram, et sequantur spiritum vivificantem. Si enim hoc, inquit, non feceritis, egredietur ut ignis indignatio mea, et succendetur, et non erit qui exstinguat. Ideo autem monet et ante praedicit, ne facere compellatur: quod et in Ninivitis probamus, quibus praedicta sententia est, ut imminentem furorem poenitentia declinarent. Omnia autem haec mala venient propter malitiam cogitationum, sive adinventionum vestrarum. Ubi sunt qui in cogitationibus dicunt non esse peccatum, cum omnia vitia juxta Evangelicam veritatem de corde procedant (Matth. XV)?

(Vers. 2.) "Y jurarás: 'Vive el Señor', en verdad y en juicio y en justicia: y las naciones le bendecirán, y a Él alabarán." ¿Y cómo el Evangelio nos prohíbe jurar? Pero aquí (Mat. 5), "jurarás" se dice por la confesión, y para condenación de los ídolos, por los cuales juraba Israel. Finalmente se quitan los escándalos, y jura por el Señor. Y aquello que se dice: "Vive el Señor", es un juramento en el Antiguo Testamento, para condenación de los muertos, por los cuales jura todo idólatra. Al mismo tiempo ha de advertirse que el juramento tiene estos compañeros: la verdad, el juicio y la justicia; si estos faltaren, de ninguna manera habrá juramento, sino perjurio. Y cuando, dice, Israel haya hecho esto, y por medio de los Apóstoles haya sido maestro de las naciones, entonces todas las naciones bendecirán o serán bendecidas en él, y a Él alabarán porque la salvación procedió de Israel.

(Vers. 3 y ss.) "Pues así dice el Señor al varón de Judá y a Jerusalén: 'Renovad vuestro barbecho, y no sembréis sobre espinas; circuncidaos para el Señor, y quitad los prepucios de vuestros corazones, varones de Judá y moradores de Jerusalén: no sea que salga como fuego mi indignación, y se encienda, y no haya quien la apague, por la malicia de vuestros pensamientos (o invenciones)'". En lugar de lo cual nosotros dijimos: "circuncidaos para el Señor, y quitad los prepucios de vuestros corazones", Símaco puso: "purificaos para el Señor, y quitad las malicias de vuestros corazones", entendiendo la circuncisión como limpieza, y los prepucios como vicio. Esto, además, se prescribe a los varones de Judá y de Jerusalén, que siguen la verdadera fe y habitan en la Iglesia, para que no siembren sobre espinas que el discurso evangélico significa, las cuales sofocan la simiente 865 de Dios, sino que primero hagan barbecho y arranquen todos los abrojos, y quiten las espinas: para que las semillas limpias reciban campos limpios. Esto es lo que se dice en otro lugar: "No echéis vuestras margaritas ante los puercos, ni deis lo santo a los perros" (Mat. 7, 6). ¿Cómo puede oír la palabra de Dios y concebir semillas y dar fruto aquel cuyo ánimo está lleno de las tribulaciones del mundo? Y lo que sigue: "Circuncidaos para el Señor, y quitad los prepucios de vuestros corazones", a nadie más se prescribe sino al varón de Judá y a los moradores de Jerusalén, para que abandonen la letra que mata y sigan el espíritu que vivifica. "Pues si no hiciereis esto", dice, "saldrá como fuego mi indignación, y se encenderá, y no habrá quien la apague". Advierte, además, y predice de antemano para no ser obligado a actuar: lo cual probamos también en los ninivitas, a quienes se les predijo la sentencia para que evitaran la furia inminente mediante la penitencia. Todas estas cosas malas vendrán por la malicia de vuestros pensamientos, o de vuestras invenciones. ¿Dónde están los que dicen que en los pensamientos no hay pecado, cuando todos los vicios según la verdad evangélica proceden del corazón (Mat. 15)?

(Vers. 5, 6.) Annuntiate in Juda, et Jerusalem auditum facite, loquimini: canite tuba in terra, clamate fortiter, et dicite: Congregamini, et ingrediamur civitates munitas. Hoc audiat Juda, hoc Jerusalem, in qua confessio fidei est, et in qua pax Christi habitat, et cui per Isaiam dictum est: In montem excelsum ascende tu qui evangelizas Sion. Eleva vocem tuam qui evangelizas Jerusalem (Isai. XL, 9): clamet fortiter, et ita praecipiat: Ingrediamur civitates munitas. Haereticorum bella consurgunt: Christi munimenta nos teneant. Levate crucis signam in specula, sublimitate Ecclesiae. Confortamini qui timetis, nolite stare, sed ad Christi auxilium currite. Malum, inquit, ego adduco ab Aquilone et contritionem magnam, verum Nabuchodonosor, qui idcirco in mundo isto a me esse permittitur, ut vestra fortitudo et victorya comprobetur.

(Vers. 7.) Ascendit leo de cubili suo, et praedo gentium se levavit: egressus est de foco suo, ut ponat terram tuam in solitudinem. Civitates tuae vastabuntur remanentes absque habitatore. Iste est, ut diximus, verus Nabuchodonosor, de quo et beatus Petrus Apostolus loquitur: Adversarius noster diabolus quasi leo rugiens circuit quaerens quem devoret (I Petr. V, 8). Ascendit autem vel de abyssis 866 in quas religandus est, et ne mittatur exorat: et praedo sive vastator gentium se elevavit, de quo dictum est: Omnium inimicorum suorum dominabitur (Ps. IX. 5), et qui gloriatur in conspectu Domini: Circuivi omnem terram, et conculcavi eam (Job. II, 2). Quis est enim quem diaboli venena non tangant, nisi ille solus qui potest dicere: Ecce venit princeps mundi istius, et invenit in me nihil (Joan. XIV, 30)? Iste crebro ponit omnem terram Ecclesiae in solitudinem, ut egressi de Ecclesia pugnent contra Ecclesiam. De quibus loquitur Joannes Evangelista: Ex nobis exierunt; sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum (I Joan. II, 19). Civitates vastantur terrae Judaeae, et haereticorum florent conciliabula. Si quis ergo fautor et auctor est perversorum dogmatum, hoc dici potest: Ascendit leo de cubili suo, et praedo gentium se levavit, et reliqua.

(Vers. 8.) Super hoc accingite vos ciliciis: plangite et ululat, quia non est aversa ira furoris Domini a nobis, sive ut Septuaginta transtulerunt, a vobis. Aliter leonem et saevissimam bestiam vitare non possumus, nisi agamus poenitentiam, et ad Dominum convertamur, non solum mente, sed et opere. Quamdiu enim ille vastat Ecclesiam et terram Juda, et Jerusalem quoque populatur, Dei ira perspicua est.

(Vers. 5, 6.) "Anunciad en Judá, y hacedlo oír en Jerusalén, hablad: tocad la trompeta en la tierra, clamad fuertemente y decid: 'Congregaos, y entremos en las ciudades fortificadas'". Oiga esto Judá, oiga esto Jerusalén, en la cual está la confesión de la fe, y en la cual habita la paz de Cristo, y a la cual se dijo por Isaías: "Sube al monte excelso tú que evangelizas a Sión. Eleva tu voz tú que evangelizas a Jerusalén" (Isa. 40, 9): clame fuertemente, y mande así: "Entremos en las ciudades fortificadas". Las guerras de los herejes se levantan: que nos sostengan los baluartes de Cristo. Levantad el signo de la cruz en la atalaya, en la sublimidad de la Iglesia. Confortaos los que teméis, no os detengáis, sino corred al auxilio de Cristo. "El mal", dice, "yo traigo del Aquilón y una gran destrucción", el verdadero Nabucodonosor, que por eso es permitido por mí estar en este mundo, para que vuestra fortaleza y victoria sean probadas.

(Vers. 7.) "Subió el león de su guarida, y el ladrón de las naciones se levantó; salió de su lugar para poner tu tierra en soledad. Tus ciudades serán devastadas, quedando sin habitante". Este es, como dijimos, el verdadero Nabucodonosor, del cual también habla el bienaventurado Pedro Apóstol: "Nuestro adversario el diablo como león rugiente ronda buscando a quien devorar" (1 Ped. 5, 8). Sube, pues, o de los abismos 866 en los cuales ha de ser recluido, y suplica que no sea enviado allá; y el ladrón o devastador de las naciones se elevó, de quien se ha dicho: "Dominará sobre todos sus enemigos" (Sal. 9, 5), y quien se gloria a la vista del Señor: "Rodeé toda la tierra, y la pisoteé" (Job 2, 2). ¿Quién hay a quien los venenos del diablo no toquen, sino aquel solo que puede decir: "He aquí que viene el príncipe de este mundo, y no encuentra nada en mí" (Juan 14, 30)? Éste frecuentemente pone toda la tierra de la Iglesia en soledad, para que los que salieron de la Iglesia luchen contra la Iglesia. De los cuales habla Juan el Evangelista: "De nosotros salieron, pero no eran de nosotros; pues si hubieran sido de nosotros, habrían permanecido ciertamente con nosotros" (1 Juan 2, 19). Las ciudades de la tierra de Judá son devastadas, y florecen los conciliábulos de los herejes. Si alguien, pues, es favorecedor y autor de dogmas perversos, puede decirse esto: "Subió el león de su guarida, y el ladrón de las naciones se levantó", y lo demás.

(Vers. 8.) "Sobre esto ceñíos de cilicios: plañid y aullad, porque no se ha apartado la ira del furor del Señor de nosotros", o como los Setenta tradujeron: "de vosotros". De otra manera no podemos evitar al león y a la fiera saquísima, si no hacemos penitencia y nos convertimos al Señor, no sólo de mente, sino también de obra. Pues mientras aquél devasta la Iglesia y la tierra de Judá, y también depuebla Jerusalén, la ira de Dios es manifiesta.

(Vers. 9.) Et erit in die illa, dicit Dominus: peribit cor regis, et cor principum, et obstupescent Sacerdotes, et Prophetae consternabuntur. Vastante praedone Ecclesiam Domini, et ira contra nos Domini permanente, omne auxilium inutile erit. Peribit cor regis, cujus cor debet esse in manu Dei, et cor principum, qui putabantur esse sapientes. Stultam enim fecit Deus sapientiam mundi, quia per illam non cognoverunt Deum (I Cor. I). Ipsi quoque sacerdotes, qui legem Domini docere debuerant, et subjectos sibi populos a leonis furore defendere, quodam stupore infatuati, vertentur in amentiam: sic enim LXX transtulerunt, pro stupore, excessum mentis exprimentes. Et Prophetae consternabuntur, sive, ut Aquila transtulit verbum Hebraicum IETH-MAU, amentes erunt. Quis enim non insaniat, non perdat cor: quando principes, et reges, et Sacerdotes, et Prophetas quondam suos sub leone conspexerit?

(Vers. 10.) Et dixi: Heu, heu, heu: Domine Deus (pro quo LXX transtulerant: O Domine Deus), ergone decepisti populum istum, et Jerusalem, dicens: Pax erit vobis? Et ecce 867 pervenit gladius usque ad animam. Quia supra dixerat: In illo tempore vocabunt Jerusalem solium Dei, et congregabuntur ad eam omnes gentes in monte Domini in Jerusalem: et nunc dicit: Peribit cor regis, et cor principum, et obstupescent sacerdotes et prophetae consternabuntur, turbatur Propheta, et in se Deum putat esse mentitum: nec intelligit, illud multa post tempora repromissum, hoc autem vicino futurum tempore, juxta quod et Apostolus loquitur: Numquid repulit Deus populum suum? Absit (Rom. XI, 1). Pervenit autem usque ad animam gladius, quando nihil vitale in anima reservatur. Simulque et hoc ostendit, quod nisi gladius praecesserit, qui defecet et purget animae vitia, pax et promissio non sequatur.

(Vers. 11, 12.) In tempore illo dicetur populo huic et Jerusalem: Ventus urens (sive roris) in viis quae sunt in deserto. Viae filii populi mei: non ad ventilandum, et non ad purgandum. Spiritus plenus ex his veniet mihi. Quando pervenerit gladius usque ad animam, et fuerit area consummata: tunc ventus urens veniet de deserto, qui non eam purget et ventilet, ut paleis huc illucque dispersis, frumentum in horrea recondatur: sed spiritus plenus, nequaquam populo, sed mihi veniet, ut meum triticum dissipetur.

(Vers. 9.) "Y sucederá en aquel día, dice el Señor: perecerá el corazón del rey, y el corazón de los príncipes, y se pasmarán los sacerdotes, y los profetas se consternarán". Devastando el ladrón la Iglesia del Señor, y permaneciendo la ira del Señor contra nosotros, todo auxilio será inútil. Perecerá el corazón del rey, cuyo corazón debe estar en la mano de Dios, y el corazón de los príncipes, que eran tenidos por sabios. Pues Dios hizo necia la sabiduría del mundo, porque por ella no conocieron a Dios (1 Cor. 1). También los mismos sacerdotes, que debieron enseñar la ley del Señor y defender a los pueblos a ellos sujetos del furor del león, infatuados por cierto estupor, se volverán a la demencia: pues así tradujeron los Setenta, expresando "éxtasis de la mente" por "estupor". Y los profetas se consternarán, o, como Aquila tradujo la palabra hebrea IETHMAU, estarán dementes. Pues ¿quién no enloquecería, quién no perdería el corazón, cuando viere a sus príncipes, y reyes, y sacerdotes, y a sus antiguos profetas bajo el león?

Y dije: "¡Ay, ay, ay! Señor Dios" (en lugar de lo cual los Setenta habían traducido: "¡Oh Señor Dios!"), "¿acaso has engañado a este pueblo y a Jerusalén, diciendo: 'Paz habrá para vosotros'? Y he aquí 867 que la espada ha llegado hasta el alma". Porque antes había dicho: "En aquel tiempo llamarán a Jerusalén trono de Dios, y se congregarán en ella todas las naciones en el monte del Señor en Jerusalén"; y ahora dice: "Perecerá el corazón del rey, y el corazón de los príncipes, y se pasmarán los sacerdotes y los profetas se consternarán", se turba el Profeta, y en su interior piensa que Dios ha mentido; ni entiende que aquello fue prometido para después de mucho tiempo, pero esto habría de ser en un tiempo cercano, según lo cual también habla el Apóstol: "¿Acaso ha repelido Dios a su pueblo? ¡Ni lo piense!" (Rom. 11, 1). La espada llega hasta el alma cuando nada vital se reserva en el alma. Al mismo tiempo también muestra esto, que a menos que la espada haya precedido, la cual cercene y purgue los vicios del alma, la paz y la promesa no se siguen.

(Vers. 11, 12.) En aquel tiempo se dirá a este pueblo y a Jerusalén: "Un viento abrasador (o de rocío) en los caminos que están en el desierto." Los caminos de la hija de mi pueblo: no para aventar, ni para limpiar. Un espíritu pleno vendrá de éstos hacia mí". Cuando la espada haya llegado hasta el alma, y la era haya sido consumida: entonces vendrá del desierto un viento abrasador, que no la limpie ni la avente, de modo que dispersándose el tamo de aquí para allá, el trigo sea recogido en los graneros; sino que vendrá un espíritu pleno, de ningún modo para el pueblo, sino para mí, para que mi trigo sea disipado.

Ventus et spiritus eodem apud Hebraeos appellantur nomine RUA (): et pro locorum qualitate, vel ventum, vel spiritum debemus accipere. Alii hunc locum sic edisserunt, ut postquam purgata fuerit area, reliquiae salvae fiant. Unde et scriptum sit: Spiritus plenitudinis veniet mihi, dicente Evangelista: Omnes ex plenitudine ejus accepimus (Joan. I, 16), et Spiritus sancti gratiam sortiemur. Ventum autem urentem, juxta historiam, accipe Nabuchodonosor, qui universa consumat. Juxta tropologiam, adversariam potestatem, quae veniens de deserto et de solitudine, ubi nullum hospitium Dei est, Ecclesiam ejus conetur evertere.

Et nunc ego loquar judicia mea cum eis. ἀποσιώπησις est, juxta illud Virgilianum (Aeneid. I): Quos ego ... sed motos praestat componere fluctus. Dicturus itaque prospera, retinet se, et tristibus jungit tristia. Haec enim sunt judicia, quae cum populo quondam suo loquitur Deus, ut sciant se juste sustinere quae sustinent.

(Vers. 13.) Ecce quasi nubes ascendet, et quasi tempestas currus ejus: velociores aquilis equi illius. Vae nobis, quoniam vastati sumus. Ventura cernit praesentia: et Babylonium describit exercitum: cujus curruum rotarumque strepitus tempestati saevissimae 868 comparatur, et equorum velocitas aquilis jungitur. Quod cum Propheta dixisset, et quasi venientes hostes digito demonstrasset, populus ingemiscit, et nequaquam futura, sed facta jam sentit dicens: Vae nobis, quoniam vastati sumus. Hoc idem refertur ad Ecclesiam, quod quotidie veri Nabuchodonosor nos impugnet exercitus, et currus Pharaonis, omnisque ejus equitatus aquilarum impetum superet. Quod si intelligat vir Ecclesiasticus, credens illi sententiae: Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris, dicet: Vae nobis, quoniam vastati sumus (Ezech. XXXIII, 11).

(Vers. 14.) Lava a malitia cor tuum, Jerusalem, ut salva fias: usquequo morabuntur in te cogitationes noxiae? Dicenti populo: Vae nobis, quoniam vastati sumus, respondet Propheta, immo per Prophetam Deus: Lava a malitia cor tuum, Jerusalem, illa aqua de qua et Isaias loquitur: Lavamini, mundi estote (Isai. I, 16), aqua baptismi salutaris, aqua poenitentiae. Ad metropolim autem loquitur Judaeorum, ut per urbem intelligantur populi: Usquequo iniquis cogitationibus subjaces, quae procedunt de corde tuo? Cor autem in Scripturis sanctis pro sensu et anima debemus accipere.

"Viento" y "espíritu" se llaman con el mismo nombre entre los hebreos, RUA (רוּחַ): y según la cualidad de los lugares, debemos entenderlo o como "viento" o como "espíritu". Otros explican este pasaje de tal modo que después de que la era haya sido limpiada, los restos se salven. De donde también está escrito: "El espíritu de plenitud vendrá a mí", diciendo el Evangelista: "Todos recibimos de su plenitud" (Juan 1, 16), y obtendremos la gracia del Espíritu Santo. Pero, según la historia, toma el viento abrasador por Nabucodonosor, que lo consume todo. Según la tropología, por el poder adverso, que viniendo del desierto y de la soledad, donde no hay ninguna hospitalidad de Dios, intente derribar su Iglesia.

"Y ahora yo hablaré mis juicios con ellos". Es una aposiopesis (ἀποσιώπησις), según aquel pasaje virgiliano (Eneida 1): "A quienes yo... pero es mejor calmar las agitadas olas". Estando, pues, por hablar cosas prósperas, se contiene, y une cosas tristes a las tristes. Éstos son, en efecto, los juicios que Dios habla con su pueblo que en otro tiempo fue suyo, para que sepan que justamente soportan lo que soportan.

(Vers. 13.) "He aquí que ascenderá como una nube, y como una tempestad su carro: sus caballos son más veloces que las águilas. ¡Ay de nosotros, porque hemos sido devastados!" Ve lo venidero como presente: y describe el ejército babilónico, cuyo estrépito de carros y ruedas se compara con una tempestad saquísima 868, y la velocidad de los caballos se une a las águilas. Habiendo dicho esto el Profeta, y habiendo señalado con el dedo como a los enemigos que vienen, el pueblo gime, y de ningún modo siente las cosas futuras, sino las ya hechas, diciendo: "¡Ay de nosotros, porque hemos sido devastados!". Esto mismo se refiere a la Iglesia, que diariamente nos impugna el ejército del verdadero Nabucodonosor, y el carro de Faraón y toda su caballería supera el ímpetu de las águilas. Lo cual, si lo entiende el hombre eclesiástico, creyendo a aquella sentencia: "Cuando convertido gimieres, entonces serás salvo", dirá: "¡Ay de nosotros, porque hemos sido devastados!" (Ez. 33, 11).

(Vers. 14.) "Lava de malicia tu corazón, Jerusalén, para que seas salva: ¿hasta cuándo morarán en ti los pensamientos nocivos?" Al pueblo que dice: "¡Ay de nosotros, porque hemos sido devastados!", responde el Profeta, o más bien Dios por medio del Profeta: "Lava de malicia tu corazón, Jerusalén", con aquella agua de la que también habla Isaías: "Lavaos, sed limpios" (Is. 1, 16), el agua del bautismo saludable, el agua de la penitencia. A la metrópoli de los judíos habla, para que por la ciudad se entiendan los pueblos: ¿Hasta cuándo estás sometida a pensamientos inicuos, que proceden de tu corazón? Pues el corazón en las Sagradas Escrituras debemos tomarlo por el sentido y el alma.

(Vers. 15.) Vox enim annuntiantis a Dan, et notum facientis idolum (vel dolorem) de monte Ephraim. Juxta situm terrae Judaeae, divinus sermo nunc loquitur. Dan enim tribus juxta montem Libanum et urbem quae nunc dicitur, Paneas, Aquilonem respicit: unde venturus est Nabuchodonosor. Idolum autem Bel, vel dolorem vel iniquitatem de monte Ephraim venire describit. Post tribum quippe Dan, succedit terra Ephraim, per quam venitur Jerusalem. Dan interpretatur judicium: Ephraim, ubertas. Veniet igitur judicium Domini in terram delinquentem Domino, cum omni ubertate supplicii.

(Vers. 16, 17.) Dicite gentibus: Ecce auditum est in Jerusalem, custodes venire de terra longinqua et dederunt super civitates Juda vocem suam: quasi custodes agrorum facti sunt super eam in circuitu, quia me ad iracundiam provocavit, ait Dominus. Vult omnes in circuitu nationes Dei nosse sententiam: et flagellata Jerusalem, cunctos recipere disciplinam. Celebri, inquit, in Jerusalem sermone narratur, adversarios venire de terra longinqua, et fremitum contra eam surgere ululantis exercitus, qui tam diligenter obsideant civitatem et claudant urbem munitionibus, ut non tam adversarios putes esse, quam agrorum vinearumque custodes. Hoc autem totum factum est, non hostium viribus, sed culpa Jerusalem: quia Deum ad iracundiam 869 provocavit. Si enim in porcos non habent potestatem adversariae fortitudines, quanto magis in homines, et homines quondam civitatis Dei?

(Vers. 18.) Viae tuae, et cogitationes tuae fecerunt haec tibi: ista malitia tua, quia amara [Vulg. addit quia], tetigit cor tuum. Facit apostropham ad urbem Jerusalem, quod viae illius et cogitationes, quibus et opere, et sermone peccavit, fecerunt ei venire omnia, quae evenerunt: malitiamque illius, quae per se amara sit, fetigisse cor illius, et animae interna penetrasse. Quidquid ergo nobis accidit, nostro accidit vitio, qui dulcem Dominum in amaritudinem vertimus, et cogimus saevire nolentem.

(Vers. 19, 20.) Ventrem meum, ventrem meum doleo: sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccinae audivit anima mea, clamorem praelii. Contritio super contritionem vocata est: et vastata est omnis terra. Repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles meae. Ubi nos juxta Symmachum posuimus, turbati sunt, et in Hebraeo scriptum est, HOMA (המה); Septuaginta et Theodotio posuerunt μαιμάσσει: quod verbum usque in praesentiarum quid significet, ignoro. Aquila autem posuit ὀχλίζει quod et ipsum tumultum sonat.

(Vers. 15.) "Pues voz de quien anuncia desde Dan, y de quien hace conocer el ídolo (o el dolor) desde el monte Efraín". Según la situación de la tierra de Judea, habla ahora la palabra divina. Pues la tribu de Dan, junto al monte Líbano y la ciudad que ahora se llama Paneas, mira hacia el Aquilón (Aquilonem): de donde ha de venir Nabucodonosor. El ídolo Bel, o el dolor o la iniquidad, describe que viene del monte Efraín. Pues después de la tribu de Dan, sucede la tierra de Efraín, por la cual se viene a Jerusalén. Dan se interpreta como "juicio"; Efraín, como "abundancia". Vendrá, pues, el juicio del Señor a la tierra que peca contra el Señor, con toda abundancia de suplicio.

(Vers. 16, 17.) "Decid a las naciones: He aquí que se ha oído en Jerusalén, que vienen guardas de tierra lejana y han dado sobre las ciudades de Judá su voz: como guardas de campos han sido puestos sobre ella en derredor, porque me ha provocado a ira", dice el Señor. Quiere que todas las naciones en derredor conozcan la sentencia de Dios: y que azotada Jerusalén, todos reciban disciplina. Por frecuente rumor en Jerusalén, dice, se narra que vienen adversarios de tierra lejana, y que surge contra ella el bramido de un ejército aullante, que tan diligentemente sitian la ciudad y cierran la urbe con fortificaciones, que no tanto pensarías que son adversarios como guardas de campos y viñedos. Todo esto se hizo, no por las fuerzas de los enemigos, sino por la culpa de Jerusalén: porque provocó a Dios a ira 869. Pues si las fuerzas adversas no tienen potestad sobre los puercos, ¿cuánto más sobre los hombres, y hombres que en otro tiempo fueron de la ciudad de Dios?

(Vers. 18.) "Tus caminos y tus pensamientos te hicieron estas cosas: ésta es tu malicia, porque es amarga [Vulg. añade 'porque'], tocó tu corazón". Hace una apostrofe a la ciudad de Jerusalén, de que sus caminos y sus pensamientos, por los cuales pecó tanto de obra como de palabra, hicieron que le vinieran todas las cosas que sucedieron: y que su malicia, la cual es amarga por sí misma, ha tocado su corazón, y ha penetrado lo interno del alma. Cualquier cosa, pues, que nos sucede, sucede por nuestro vicio, nosotros que convertimos al dulce Señor en amargura, y le obligamos a ensañarse sin querer él.

(Vers. 19, 20.) "Mi vientre, mi vientre me duele: los sentidos de mi corazón se han turbado en mí: no callaré, porque mi alma oyó la voz de la trompeta, el clamor de la batalla. Se ha gritado destrucción sobre destrucción: y toda la tierra ha sido devastada. De repente han sido devastados mis tabernáculos, súbitamente mis pieles". Donde nosotros pusimos según Simaco "se han turbado", y en hebreo está escrito HOMA (הָמָה); los Setenta y Teodoción pusieron maimassei (μαιμάσσει): palabra que hasta el presente ignoro qué significa. Pero Áquila puso ochlizei (ὀχλίζει), lo cual también suena a "tumulto".

Hoc de verbo dictum sit, super quo scio apud plerosque magnum esse certamen. Vox autem Prophetae, et per Prophetam Dei loquentis inducitur: quod doleat super contritione populi sui, et instar hominis viscera ejus interna lacerentur. Quomodo et Salvator super Lazari morte doluit (Joan. XI): et planxit Jerusalem, ne celaret dolorem silentio (Luc. XIX): omnisque clangor buccinae et fremitus praeliorum, illius turbat affectum, dum mala cumulantur malis, et universa duarum tribuum terra vastatur. Dum non putabam, inquit, tabernacula quondam et pelles meae, Babylonio exercitu furente, populata sunt: et in praedam hostium mea quondam cessere hospitia. Loquitur autem hoc idem Deus, quando seditionis [Al. seditiones] turbas atque discordias cernit in Ecclesia et in conventiculis suis clamare perdicem [Al. per diem], et Dei requiem in bella converti. Unde sequitur:

(Vers. 21.) Usquequo videbo fugientes [Vulg. fugientem], audiam vocem buccinae? Vel fugientes regem Babylonium, vel fugientes me, et a meo servitio recedentes.

(Vers. 22.) Quia stultus populus meus me non cognovit: filii insipientes sunt et vecordes. Sapientes sunt ut faciant mala: bene autem facere nescierunt. Causa contritionis, vastitatis, 870 fugaeque et buccinae, quia stultus factus est populus, non natura, sed studio voluntatis. Ipsaque stultitia hinc probatur: quia non cognoverunt Deum, et pro filiis sapientibus, stulti filii facti sunt et vecordes. Quae enim major potest esse stultitia, quam, cognoscente bove possessorem suum, et asino praesepe Domini sui, Israel Dominum non cognoscere, et praesentem contemnere quem semper videre cupiebat? Quodque infertur: Sapientes sunt ut faciant mala: bene autem facere nescierunt, hic sapientia pro malitia accipienda est, juxta quod et filii saeculi hujus sapientiores sunt filiis lucis: et villicus iniquitatis quaedam sapienter fecisse narratur (Luc. XVI); et serpens in paradiso prudentior cunctis bestiis legitur (Gen. III). Illa est ergo vera sapientia quae Dei timori jungitur. Alioquin ubi insidiae sunt et tergiversatio, non sapientia, sed versutia et calliditas appellanda est. Pro eo, quod nos diximus, quia stultus populus meus me non cognovit, Septuaginta transtulerunt: quia principes populi mei me non cognoverunt: ut magistrorum sit magis culpa quam populi Dei scientiam non habentis.

Dígase esto de la palabra sobre la cual sé que entre muchos hay una gran contienda. Se introduce la voz del Profeta, y de Dios hablando por medio del Profeta: que le duele la destrucción de su pueblo, y que a semejanza de hombre se laceran sus vísceras internas. Como también el Salvador se dolió por la muerte de Lázaro (Juan 11): y lloró sobre Jerusalén, para no ocultar el dolor con el silencio (Lucas 19): y todo estrépito de trompeta y bramido de batallas turba su afecto, mientras los males se acumulan a los males, y toda la tierra de las dos tribus es devastada. Mientras no lo pensaba, dice, mis tabernáculos en otro tiempo y mis pieles, con el ejército babilónico enfurecido, fueron saqueados: y mis antiguos albergues cedieron a la presa de los enemigos. Pero Dios habla esto mismo cuando ve las turbas de sedición y las discordias en la Iglesia y que en sus conciliábulos clama la perdiz [Al. 'por el día'], y que el descanso de Dios se convierte en guerras. De donde sigue:

(Vers. 21.) "¿Hasta cuándo veré a los que huyen [Vulg. 'al que huye'], y oiré la voz de la trompeta?" O bien a los que huyen del rey de Babilonia, o a los que huyen de mí, y se apartan de mi servicio.

(Vers. 22.) "Porque mi pueblo necio no me conoció: los hijos son insensatos y de poco seso. Sabios son para hacer males: pero hacer bien no supieron". La causa de la destrucción, de la devastación, 870 de la huida y de la trompeta, es porque el pueblo se ha hecho necio, no por naturaleza, sino por estudio de la voluntad. Y la necedad misma se prueba de aquí: porque no conocieron a Dios, y en lugar de hijos sabios, se hicieron hijos necios y de poco seso. Pues ¿qué mayor necedad puede haber que, conociendo el buey a su poseedor y el asno el pesebre de su señor, Israel no conozca al Señor, y desprecie presente al que siempre deseaba ver? Y lo que se añade: "Sabios son para hacer males: pero hacer bien no supieron", aquí la sabiduría debe tomarse por malicia, según lo cual también los hijos de este siglo son más sabios que los hijos de la luz; y se narra que el administrador de la iniquidad hizo ciertas cosas sabiamente (Luc. 16); y se lee que la serpiente en el paraíso fue más prudente que todas las fieras (Gén. 3). Aquella es, pues, la verdadera sabiduría que se une al temor de Dios. De otro modo, donde hay insidias y tergiversación, no debe llamarse sabiduría, sino astucia y sagacidad. Por aquello que dijimos: "porque mi pueblo necio no me conoció", los Setenta tradujeron: "porque los príncipes de mi pueblo no me conocieron", para que la culpa sea más de los maestros que del pueblo que no tiene la ciencia de Dios.

(Vers. 23 seqq.) Aspexi terram, et ecce vacua erat et nihili: et coelos, et non erat lux in eis. Vidi montes, et ecce movebantur: et omnes colles conturbati sunt. Intuitus sum, et non erat homo, et omne volatile coeli recessit. Aspexi, et ecce Carmelus desertus, et omnes urbes ejus destructae sunt a facie Domini, et a facie irae furoris ejus. Propheta cernit in spiritu quae ventura sunt, ut audiens populus terreatur, et, acta poenitentia, nequaquam sustineat quae formidat. Vacua terra est, habitatore deleto. Coeli non habent lumen, terroris magnitudine, populo non vidente. Ipsi montes et colles intuta habent latibula, et per ὑπερβολὴν moveri videntur atque turbari. Intuitus est, et huc illucque circumspexit, et ne avis quidem potuit inveniri. Iram enim Dei et muta sentiunt elementa, et irrationalia pertimescunt animantia. Hoc verum esse, nunc totus orbis demonstrat, ut caesa hominum multitudine, volatilia quoque, quae solent habitatores sequi, abierint et perierint. Ipse quoque Carmelus qui mari imminet magno, oleis consitus et arbustis, vineisque condensus ad tantam veniet solitudinem, ut eremi habeat vastitatem. Omnes quoque urbes desertae fient, et universorum malorum haec causa est, quod vitio populi delinquentis ira Domini concitata sit. Quidquid 871 juxta historiam de Jerusalem diximus et Judaea, referamus ad Ecclesiam Dei, cum offenderit Deum, et vel vitiis fuerit vel persecutione vastata, et ubi quondam erat virtutum chorus atque laetitia, ibi peccatorum et moerorum multitudo versetur.

(Vers. 27, 28.) Haec enim dicit Dominus: Deserta omnis terra, sed tamen consummationem non faciam: lugebit terra et maerebunt coeli desuper, eo quod locutus sim [Al. sum]. Cogitavi, et non poenituit me; nec aversus sum ab eo. Mixta irae misericordia Dei, omnis terra deseritur, sed non fit consummationem ut sint qui intelligant clementiam ejus. Coelum quoque triste videbitur desuper, et ipsa terra lugebit, eo quod Domini sententia ad finem usque pervenerit, nec poenituerit eum super his quae cogitaverit et locutus sit. Poenitentia autem Dei dicitur, quando aufertur praedicta sententia, et ira saeviens ad finem usque non pervenit. Minatus est per Jonam: et impendentem gladium lacrymarum et gemituum multitudo superavit (Joan. III).

(Vers. 29.) A voce equitis, et mittentis sagittam (sive intendentis arcum) fugit omnis civitas (sive regio). Ingressi sunt ardua, et ascenderunt rupes. Quodque sequitur: Et ingressi sunt saltus, sive speluncas, a Septuaginta additum est. Describit autem sermo divinus Babylonii furentis exercitum, quod a tremore ejus cunctus populus dereliquerit civitatem, et ardua quaeque conscenderit; et tamen iram Domini non potuerit declinare. Quidquid autem, ut supra diximus, in historia intelligitur contra Jerusalem, refertur ad Ecclesiam, cum offenderit Deum, et tradita fuerit adversariis, vel persecutionis tempore, vel certe vitiis atque peccatis.

(Vers. 23 y ss.) "Miré la tierra, y he aquí que estaba vacía y en nada; y los cielos, y no había luz en ellos. Vi los montes, y he aquí que se movían; y todos los collados se conturbaron. Miré, y no había hombre, y toda ave del cielo se retiró. Miré, y he aquí que el Carmelo estaba desierto, y todas sus ciudades fueron destruidas ante la faz del Señor, y ante la faz de la ira de su furor". El Profeta ve en espíritu las cosas que han de venir, para que oyéndolas el pueblo se aterrorice, y hecha penitencia, de ningún modo soporte lo que teme. Vacía está la tierra, borrado el habitante. Los cielos no tienen luz, por la magnitud del terror, no viéndola el pueblo. Los mismos montes y collados tienen escondrijos inseguros, y por hipérbole (hyperbolen) parecen moverse y turbarse. Miró, y circundó con la vista de aquí para allá, y ni siquiera un ave pudo ser hallada. Pues la ira de Dios la sienten aun los elementos mudos, y los animales irracionales la temen sobremanera. Que esto sea verdad, ahora lo demuestra todo el orbe, de modo que muerta la multitud de hombres, también las aves, que suelen seguir a los habitantes, se hayan ido y perecido. El mismo Carmelo también, que amenaza al gran mar, plantado de olivos y arbustos, y denso por los viñedos, vendrá a tanta soledad que tenga la vastedad de un desierto. Todas las ciudades también quedarán desiertas, y la causa de todos los males es que por el vicio del pueblo pecador se ha incitado la ira del Señor. Lo que 871 dijimos según la historia de Jerusalén y Judea, refirámoslo a la Iglesia de Dios, cuando hubiere ofendido a Dios, y hubiere sido devastada o por los vicios o por la persecución, y donde antes hubo coro de virtudes y alegría, allí se encuentre multitud de pecados y de lutos.

(Vers. 27, 28.) "Pues esto dice el Señor: Desierta quedará toda la tierra, pero sin embargo no haré consumación; luto tendrá la tierra y se entristecerán los cielos desde arriba, por cuanto hablé [Al. 'soy']. Pensé, y no me pesó; ni me he apartado de ello". Mezclada la misericordia de Dios con la ira, toda la tierra es desértica, pero no se hace la consumación para que haya quienes entiendan su clemencia. El cielo también se verá triste desde arriba, y la tierra misma llorará, por cuanto la sentencia del Señor ha llegado hasta el fin, ni le ha pesado sobre aquello que pensó y habló. Se dice arrepentimiento de Dios cuando se quita la sentencia predicha, y la ira ensañada no llega hasta el fin. Amenazó por medio de Jonás, y la multitud de lágrimas y de gemidos superó a la espada inminente (Jon. 3).

(Vers. 29.) "A la voz del caballero, y de quien lanza la saeta (o que tiende el arco) huyó toda la ciudad (o región). Entraron en lugares arduos, y subieron a las peñas". Y lo que sigue: "Y entraron en los sotos, o cavernas", fue añadido por los Setenta. Describe la palabra divina el ejército del babilónico enfurecido, que por su temblor todo el pueblo ha abandonado la ciudad, y ha subido a todos los lugares arduos; y sin embargo no ha podido declinar la ira del Señor. Todo lo que, como dijimos arriba, se entiende en la historia contra Jerusalén, se refiere a la Iglesia, cuando hubiere ofendido a Dios, y hubiere sido entregada a los adversarios, o en tiempo de persecución, o ciertamente por los vicios y los pecados.

(Vers. 30.) Tu autem vastata quid facies? Pro vastata, quod Hebraice dicitur SADUD (שָׁדוּד), quod solus interpretatus est Aquila, alii transtulerunt, miseram atque miserabilem, culpa sui, quae clementem offenderit Deum. Denique sequitur:

Cum vestieris te coccino, et [Al. cum] ornata fueris monili aureo, et pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris: contempserunt te amatores tui: animam tuam quaerent. Sub figura mulieris adulterae loquitur: cum semel offenderis Deum, et quasi virum tuum reliqueris Creatorem, frustra ornamenta perquiris. Contempserunt te daemones amatores tui, et nequaquam stupri immunditiam, sed animae tuae quaerent interitum. 872 Hoc idem intelligendum spiritualiter contra eos, qui conjugales affectus et verae fidei pudicitiam perdiderunt. Si te, inquit, vestieris coccino, id est, sanguinis Christi assumpseris fidem: si monili ornaveris aureo, id est, meditationem habueris sensus et intelligentiae spiritualis: et pinxeris oculos tuos stibio, id est, habueris studium mysteriorum et Dei secreta noscendi, frustra componeris. Haec enim etiam tuis amatoribus praepararas; et idcirco lectus angustus utrumque capere non potest, nec recipit ornamenta Deus, quibus amatoribus tuis ante placuisti.

(Vers. 31.) Vocem enim quasi parturientis audivi: angustias (sive gemitus) ut puerperae. Vox filiae Sion intermorientis expandentisque manus suas: Vae mihi, quia defecit anima mea propter interfectos. Ad similitudinem mulieris puerperae, id est, quae primos parit fetus, describit urbem Jerusalem ejulantem atque clamantem. Quomodo enim mulier pariens, et necdum dolorem parturitionis experta, pene moritur, et angustias sustinens, vix potest respirare, sparsisque manibus collabitur, sic et filia Sion, cum suos viderit liberos interfectos, in haec verba prorumpet, et dicet [Al. prorumpit et dicit]: Vae mihi, quia defecit anima mea propter interfectos. Duo autem exempla in uno capitulo comparata sunt, parturientis filios et lugentis: ut quidquid mulier patitur in fetu, vel mortibus filiorum, Jerusalem patiatur in populis.

(Cap. V.---Vers. 1, 2.) Circuite vias Jerusalem, et aspicite, et considerate, et quaerite in plateis ejus, an inveniatis virum, qui faciat judicium, et quaerat fidem: et propitius ero ei. Quod si etiam, vivit Dominus, dixerint, et hoc falso jurabunt. Grandis amor justitiae, ut nequaquam juxta interrogationem Abrahae, et responsionem Dei pro decem viris justis Deus liberaverit [Al. liberet] civitatem (Genes. XVIII); sed si unum invenerit jamjamque peritura Jerusalem, qui faciat judicium, et quaerat fidem (sive, ut Symmachus transtulit, veritatem), tamen Deus misereatur Jerusalem.

(Vers. 30.) "Y tú, devastada, ¿qué harás?" Por "devastada", que en hebreo se dice SADUD (שָׁדוּד), que solo interpretó Áquila, otros tradujeron "mísera" y "miserable", por su culpa, que ha ofendido al Dios clemente. Finalmente sigue:

"Cuando te vistieres de escarlata, y cuando fueres adornada con collar de oro, y pintares con estibio tus ojos, en vano te compones: te han despreciado tus amantes: tu alma buscarán". Habla bajo la figura de una mujer adúltera: cuando una vez has ofendido a Dios, y como a tu marido has dejado al Creador, en vano buscas ornamentos. Te han despreciado los demonios tus amantes, y de ningún modo buscarán la inmundicia del estupro, sino la destrucción de tu alma. 872 Esto mismo debe entenderse espiritualmente contra aquellos que han perdido los afectos conyugales y el pudor de la verdadera fe. Si te vistieres, dice, de escarlata, esto es, si asumieres la fe de la sangre de Cristo; si te adornares con collar de oro, esto es, si tuvieres la meditación del sentido y de la inteligencia espiritual; y pintares tus ojos con estibio, esto es, si tuvieres estudio de los misterios y de conocer los secretos de Dios, en vano te compones. Pues estas cosas también para tus amantes las habías preparado; y por tanto el lecho estrecho no puede contener a ambos, ni recibe Dios los ornamentos con los que antes pluguiste a tus amantes.

(Vers. 31.) "Pues voz como de quien pare oí: angustias (o gemidos) como de mujer de parto. Voz de la hija de Sion que desfallece y extiende sus manos: ¡Ay de mí!, porque desfalleció mi alma a causa de los muertos". A semejanza de mujer de parto, esto es, la que pare sus primeros fetos, describe a la ciudad de Jerusalén ululando y clamando. Pues como la mujer que pare, y aún no ha experimentado el dolor del parto, casi muere, y sosteniendo angustias apenas puede respirar, y con las manos extendidas se desploma, así también la hija de Sion, cuando hubiere visto a sus hijos muertos, prorrumpirá en estas palabras, y dirá [Al. 'prorrumpe y dice']: "Ay de mí!, porque desfalleció mi alma a causa de los muertos". Se han comparado dos ejemplos en un solo capítulo: de la que pare hijos y de la que los llora; para que todo lo que la mujer padece en el parto, o en las muertes de los hijos, lo padezca Jerusalén en sus pueblos.

(Cap. 5.---Vers. 1, 2.) "Recorred las vías de Jerusalén, y mirad, y considerad, y buscad en sus plazas, si halláis un hombre que haga juicio y busque la fe: y le seré propicio. Que si también dijeren: 'Vive el Señor', también esto jurarán en falso". Grande es el amor a la justicia, que de ningún modo según la interrogación de Abraham y la respuesta de Dios, por diez hombres justos Dios habría liberado [Al. 'libere'] la ciudad (Gén. 18); sino que si hallare uno solo en Jerusalén ya a punto de perecer, que haga juicio y busque la fe (o, como tradujo Simaco, "la verdad"), sin embargo Dios tenga misericordia de Jerusalén.

Et quia poterat fieri, ut aliqui invenirentur in populo, qui simularent cultum Dei, et jurarent per Deum, hoc praevenit, quod nequaquam Deus vanis sermonibus, sed veritate fidei delectetur, et dicit: Non eos diligo, qui jurant per me, et jurant in mendacio, sed quorum corda labiaque consentiunt.

(Vers. 3.) Domine, oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, 873 et non doluerunt; attrivisti illos, et renuerunt accipere disciplinam. Induraverunt facies suas super petram, et noluerunt reverti. Post verba Domini, quibus imperaverat dicens: Circuite vias Jerusalem, et caetera, Propheta loquitur ad Dominum: Domine, oculi tui respiciunt fidem, quae Hebraice dicitur EMUNA (): non opera Judaeorum, in quibus juxta Legis caeremonias exsultabant; sed fidem Christianorum, per quam gratia salvi facti sumus. Hoc autem capitulo discimus, idcirco inferri supplicia, ut vitia corrigantur. Denique ait, percussisti eos, et non doluerunt; attrivisti eos, et renuerunt accipere disciplinam. Per omnia enim tormenta atque flagella emendatur Jerusalem, et super haec universa ne verecundiam quidem suorum habuere vitiorum; sed instar petrae indurantes frontis impudentiam, noluerunt ad meliora converti.

(Vers. 4, 5.) Ego autem dixi: Forsitan pauperes sunt et stulti (sive non potuerunt) ignorantes viam Domini, judicium Dei sui. Ibo igitur ad optimates, et loquar eis: ipsi enim cognoverunt viam Domini, judicium Dei sui. Pauperes hic et optimates, non inopia dicit et divitiis, sed populum principibus comparat. Et est sensus: Cerning infidelis populi pertinaciam, et quod indurata facie, noluerit recipere disciplinam, hoc mecum ratione tractabam: Forsitan vulgus ignobile Dei non potest nosse doctrinam, et idcirco excusabile est, quia propter imperitiam Dei non valet scire mandata. Pergam igitur ad sacerdotes, et eos qui praesunt populo, et loquar eis: ipsi enim voluntatem Domini cognoverunt, et sciunt judicium Dei sui. Hoc autem dicit sermone dubitantis, juxta illud Evangelicum: Mittam filium meum, forsitan ipsum reverebuntur (Matth. XXI, 37), ut ex ambiguitate sententiae, et suspensione verborum, liberum hominis monstraretur arbitrium.

(Vers. 6.) Et ecce magis hi simul confregerunt jugum: ruperunt vincula, idcirco percussit eos leo de silva, lupus ad vesperam vastavit eos, pardus vigilans super civitates eorum; omnis qui egressus fuerit ex eis capietur. Quia multiplicatae sunt praevaricationes eorum, confortatae sunt aversiones eorum.

Y porque podía ser que se hallasen algunos en el pueblo que simulasen el culto de Dios y jurasen por Dios, previno esto, que de ningún modo Dios se deleita con palabras vanas, sino con la verdad de la fe, y dice: "No amo a los que juran por mí y juran en la mentira, sino a aquellos cuyos corazones y labios consienten".

(Vers. 3.) "Señor, tus ojos miran la fe: los heriste, 873 y no se dolieron; los quebrantaste, y rehusaron recibir disciplina. Endurecieron sus rostros sobre la piedra, y no quisieron volver". Después de las palabras del Señor, en las que había mandado diciendo: "Recorred las vías de Jerusalén", y lo demás, el Profeta habla al Señor: "Señor, tus ojos miran la fe", la cual en hebreo se dice EMUNA (אֱמוּנָה): no las obras de los judíos, en las que se gloriaban según las ceremonias de la Ley; sino la fe de los cristianos, por la cual por gracia hemos sido hechos salvos. En este capítulo aprendemos que por eso se introducen los suplicio, para que se corrijan los vicios. Finalmente dice: "los heriste, y no se dolieron; los quebrantaste, y rehusaron recibir disciplina". Pues por todos los tormentos y azotes se enmienda Jerusalén, y sobre todo esto ni siquiera tuvieron vergüenza de sus vicios; sino que endureciendo como piedra la impudencia de su frente, no quisieron convertirse a cosas mejores.

(Vers. 4, 5.) "Yo empero dije: Por ventura son pobres y necios (o no pudieron), ignorando el camino del Señor, el juicio de su Dios. Iré, pues, a los nobles, y les hablaré: pues ellos conocieron el camino del Señor, el juicio de su Dios". Aquí llama "pobres" y "nobles" no por la penuria y las riquezas, sino que compara al pueblo con los príncipes. Y el sentido es: Viendo la pertinacia del pueblo infiel, y que con rostro endurecido no quiso recibir disciplina, trataba esto conmigo en la razón: Por ventura el vulgo innoble no puede conocer la doctrina de Dios, y por eso es excusable, porque por la impericia no vale para saber los mandatos de Dios. Iré, pues, a los sacerdotes, y a los que presiden al pueblo, y les hablaré: pues ellos conocieron la voluntad del Señor, y saben el juicio de su Dios. Dice esto con el lenguaje de quien duda, según aquel pasaje evangélico: "Enviaré a mi hijo, por ventura le reverenciarán" (Mat. 21, 37), para que de la ambigüedad de la sentencia y de la suspensión de las palabras se mostrase el libre albedrío del hombre.

(Vers. 6.) "Y he aquí que más bien estos juntos quebrantaron el yugo: rompieron los vínculos, por eso los hirió el león de la selva, el lobo al atardecer los devastó, el pardo vigilante sobre sus ciudades; todo el que saliere de ellas será atrapado. Porque se han multiplicado sus prevaricaciones, se han fortalecido sus aversiones."

Quos magistros putabam, inventi sunt pejores esse discipulis, et quanto in divitibus major auctoritas, tanto major insolentia peccatorum. Confregerunt enim jugum Legis, dicente Apostolo: Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum super cervicem 874 discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? sed per gratiam Domini Jesu credimus salvari, quemadmodum et illi (Act. XV, 10, 11): ruperuntque vincula praeceptorum Dei, et non Pharisaeorum, de quibus in secundo psalmo dicitur: Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum (Psal. II, 3).

Quia igitur ista fecerunt, percussit eos leo de silva, regnum videlicet Babylonium; lupus ad vesperam vastavit eos, Medos, Persasque significans: pro quo in Visione Danielis, ursa ponitur, cujus in ore tres erant ordines (Daniel. VII): pardus vigilans super civitates eorum, Alexandri impetum praefigurans, et velocem de Occidente usque ad Indiam percursionem. Pardum autem vocat ob varietatem, et quia plurimis sibi subditis gentibus contra Medos dimicavit et Persas. Et quatuor, inquit, erant capita in bestia, et potestas data est ei. Et quia non de futuro vaticinatur, sed de praeterito, velut jamjamque venturis texit historiam, idcirco de Romano tacet imperio, de quo forsitan dicitur: Omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur.

Causasque reddit cur ista perpessi sint: Quia multiplicatae sunt praevaricationes eorum, et perseveraverunt in transgressionibus. Unde dicitur: Et confortatae sunt aversiones eorum. Illud quod posuimus in principio, verbum Hebraicum SOCED (שָׁקֵד) sonare vigiliam, in praesenti loco ostenditur: ubi enim nos diximus, pardus vigilans, in Hebraico scriptum est NEMER SOCED (נָמֵר שָׁקֵד). Juxta tropologiam, qui magni putantur in Ecclesia, quia confringunt jugum, et rumpunt vincula, idcirco traduntur in ignominiam passionum, ut faciant quae non conveniunt.

(Vers. 7 seqq.) Super quo propitius tibi esse potero? Filii tui dereliquerunt me, et jurant in his qui non sunt dii: saturavi eos, et moechati sunt, et in domo meretricis luxuriabantur: equi amatores in feminas, et emissarii facti sunt mihi. Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus: et in gente tali non ulciscetur anima mea?

Κατάλογος peccatorum Jerusalem: dum dicit se ignorare Deus qua possit ejus occasione misereri: Filii, inquit, tui dereliquerunt me. Nequaquam filii mei, sed tui: qui jurant in his, qui non sunt dii, Saturavi eos, et moechati sunt. Audiant hoc, qui acceptis a Domino divitiis incubantes, luxuriae serviunt. Equi amatores in feminas 875 facti sunt.

Los que yo pensaba que eran maestros, resultaron ser peores que los discípulos, y cuanto mayor es la autoridad en los ricos, tanto mayor es la insolencia de sus pecados. Pues quebrantaron el yugo de la Ley, diciendo el Apóstol: "¿Por qué ahora tentáis a Dios, imponiendo un yugo sobre el cuello de los discípulos, que ni nuestros padres ni nosotros pudimos llevar? sino que por la gracia del Señor Jesús creemos que seremos salvos, al igual que ellos" (Hech. 15, 10. 11): y rompieron los vínculos de los preceptos de Dios, y no de los fariseos, de quienes se dice en el segundo salmo: "Rompamos sus vínculos, y arrojemos de nosotros su yugo" (Sal. 2, 3).

Puesto que hicieron estas cosas, "los hirió el león de la selva", a saber, el reino babilonio; "el lobo al atardecer los devastó", significando a los medos y persas: en cuyo lugar en la Visión de Daniel se pone una osa, en cuya boca había tres órdenes (Dan. 7): "el pardo vigilante sobre sus ciudades", prefigurando el ímpetu de Alejandro, y la veloz incursión desde el Occidente hasta la India. Y lo llama pardo por la variedad, y porque con muchísimas naciones a él sometidas luchó contra los medos y los persas. Y había, dice, cuatro cabezas en la bestia, y se le dio el poder. Y porque no profetiza sobre el futuro, sino sobre el pasado, tejió la historia como si de cosas ya por venir se tratase, por lo cual calla sobre el imperio romano, del cual por ventura se dice: "Todo el que saliere de ellos, será atrapado."

Y rinde las causas de por qué padecieron estas cosas: "Porque se han multiplicado sus prevaricaciones", y perseveraron en las transgresiones. De donde se dice: "Y se han fortalecido sus aversiones". Aquello que pusimos al principio, que la palabra hebrea SOCED (שָׁקֵד) suena a "vigilia" [o vigilancia], se muestra en el presente lugar: pues donde nosotros dijimos "pardo vigilante", en el hebreo está escrito NEMER SOCED (נָמֵר שָׁקֵד). Según la tropología, los que son tenidos por grandes en la Iglesia, porque quebrantan el yugo y rompen los vínculos, por eso son entregados a la ignominia de las pasiones, para que hagan lo que no conviene.

(Vers. 7 y sigs.) "¿Sobre qué podré serte propicio? Tus hijos me abandonaron, y juran por los que no son dioses: los harté, y fornicaron, y en la casa de la meretriz se entregaban al lujo: se me han vuelto como caballos amantes de las hembras, y sementales. Cada uno relinchaba tras la mujer de su prójimo. ¿Acaso no visitaré sobre estas cosas, dice el Señor: y en tal nación no se vengará mi alma?"

Katálogos [Catálogo] de los pecados de Jerusalén: mientras Dios dice ignorar por qué ocasión pueda tener misericordia de ella: "Tus hijos", dice, "me abandonaron". De ninguna manera mis hijos, sino los tuyos: que juran por los que no son dioses. "Los harté, y fornicaron". Oigan esto quienes, incubando las riquezas recibidas del Señor, sirven a la lujuria. "Se hicieron caballos amantes de las hembras".

Pro emissariis in Hebraico scriptum est MOSECHIM (מֹשְׁכִים), quod omnes voce consona ἕλκοντες, id est, trahentes, transtulerunt: ut ostendatur magnitudo genitalium, juxta illud Ezechielis: quasi asinorum carnes, eorum carnes (Ezech. XXIII, 20). Hoc est quod in alio loco scriptum est: Assimilati sunt jumentis insipientibus, et similes facti sunt illis (Psal. XLVIII, 13). Simulque tantam ostendit insaniam libidinis, ut non solum appetitum voluptatis, sed χρεμετισμὸν, id est, hinnitum vocet, et servet equorum furentium ad libidinem metaphoram. Cum haec, inquit, feceris, numquid non visitatione condigna es? Et nota quod hic visitatio pro poena ponatur atque suppliciis, juxta illud quod scriptum est: Visitabo in virga iniquitates eorum. Et in gente tali non ulciscetur anima mea (Psal. LXXXVIII, 33)? Postquam peccatis obligata est, nequaquam vocatur populus Dei, sed gens a qua recessit anima Dei, secundum illud quod scriptum est: Neomenias vestras, et sabbata, et dies festos odit anima mea (Isa. I, 13). Quod autem in veteri Testamento dicitur pro affectu, in Novo scriptum est pro veritate: Salvatore dicente: Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi illam (Joan. X, 18).

(Vers. 10, 11.) Ascendite muros ejus (sive propugnacula) et dissipate: consummationem autem nolite facere. Auferte propagines ejus (sive sustentacula) quia non sunt Domini. Praevaricatione enim praevaricata est in me domus Israel, et domus Juda, dicit Dominus.

Imperat gentibus, de quibus supra dixerat: Percussit eos leo de silva, lupus vastavit eos, et pardus in civitatibus eorum, ut ascendant muros Jerusalem, sive propugnacula, et dissipent eam: consummationem autem non faciant, ut salventur reliquiae, et sit qui annuntiet in gentibus gloriam Dei, severitatique miscet clementiam. Quodque intulit: Auferte propagines ejus, sive sustentacula, omnia tolli auxilia jubet, quae suo vitio perdidit, eo quod praevaricata sit in Deum [Al. Dominum] domus Israel, et domus Juda, decem tribus et duas significans. Audiat hoc Ecclesia, quod cito muri et propugnacula dissipentur eorum, qui non habent spem in Domino, et praevaricantur in eum, sed tamen non fiat consummatio propter clementiam judicis, et non propter merita delinquentium.

(Vers. 12, 13.) Negaverunt Dominum, et dixerunt: non est ipse (sive non sunt haec) nec superveniet [Vulg. veniet] 876 super nos malum: gladium et famem non videbimus. Prophetae fuerunt in ventum locuti: et responsum (sive sermo) non fuit in eis. Haec ergo evenient illis.

En lugar de "sementales" [emissariis] en el hebreo está escrito MOSECHIM (מֹשְׁכִים), lo cual todos con voz acorde tradujeron como hélkontes (ἕλκοντες), esto es, "que arrastran" [trahentes]: para que se muestre la magnitud de los genitales, según aquello de Ezequiel: "como carne de asnos, su carne" (Ezeq. 23, 20). Esto es lo que en otro lugar está escrito: "Se han comparado con los jumentos insensatos, y se han hecho semejantes a ellos" (Sal. 48, 13). Y al mismo tiempo muestra tanta locura de la libido, que lo llama no solo apetito de placer, sino jremetismón (χρεμετισμὸν), esto es, "relincho", y mantiene la metáfora de los caballos enfurecidos por la libido. Cuando hubieres hecho estas cosas, dice, ¿acaso no eres digna de visitación? Y nota que aquí la visitación se pone por la pena y los suplicio, según aquello que está escrito: "Visitaré con vara sus iniquidades". "¿Y en tal nación no se vengará mi alma" (Sal. 88, 33)? Después de que ha quedado obligada por los pecados, de ninguna manera se llama pueblo de Dios, sino nación de la cual se retiró el alma de Dios, según aquello que está escrito: "Vuestras neomenias, y sábados, y días festivos los odia mi alma" (Isa. 1, 13). Pues lo que en el Antiguo Testamento se dice por afecto, en el Nuevo está escrito por verdad: diciendo el Salvador: "Tengo potestad de poner mi alma, y tengo potestad de tomarla de nuevo" (Juan 10, 18).

(Vers. 10, 11.) "Subid a sus muros (o baluartes) y destruid: pero no hagáis consumación. Quitad sus sarmientos (o sostenes) porque no son del Señor. Pues prevaricando ha prevaricado contra mí la casa de Israel, y la casa de Judá, dice el Señor."

Manda a las gentes, de las cuales arriba había dicho: "Los hirió el león de la selva, el lobo los devastó, y el pardo en sus ciudades", que suban a los muros de Jerusalén, o a sus baluartes, y la destruyan: pero que no hagan consumación, para que se salven las reliquias, y haya quien anuncie en las gentes la gloria de Dios, y mezcla la clemencia con la severidad. Y lo que añadió: "Quitad sus sarmientos", o "sostenes", manda que se quiten todos los auxilios, los cuales perdió por su propio vicio, por el hecho de que ha prevaricado contra Dios [Al. el Señor] la casa de Israel, y la casa de Judá, significando las diez tribus y las dos. Oiga esto la Iglesia, que pronto se destruyen los muros y baluartes de aquellos que no tienen esperanza en el Señor, y prevarican contra él, pero sin embargo no se haga consumación por la clemencia del juez, y no por los méritos de los delincuentes.

(Vers. 12, 13.) "Negaron al Señor, y dijeron: no es él (o no son estas cosas), ni sobrevendrá [Vulg. vendrá] sobre nosotros el mal: no veremos la espada ni el hambre. Los profetas hablaron al viento: y la respuesta (o el sermón) no estuvo en ellos. Estas cosas, pues, les sucederán."

Quia negaverunt Dominum, sive mentiti sunt Domino, et dixerunt: non est ipse, cujus judicio fiunt omnia, sed fortuitu haec omnia acciderunt: neque evenient, quae nobis Prophetarum voces minantur, nec videbimus gladium, nec famem sustinebimus obsidionis, et quidquid locuti sunt Prophetae, in ventum locuti sunt, et irrita omnia transierunt, nec habuerunt responsum, hoc est, oraculum, sive sermo Dei non fuit in eis, ideo sustinebore quae sequens sermo describit. Audiat hoc Ecclesia negligens, et providentiam Dei refutans, quod et gladium et famem sustineat, nisi ventura crediderit quae dicuntur.

(Vers. 14.) Haec dicit Dominus Deus exercituum, quia locuti estis verbum istud: ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, et populum istum in ligna, et devorabit eos.

Dixistis: Prophetae fuerunt locuti in ventum, nec ventura sunt quae minantur: propterea, o Propheta, do verba mea in ore tuo, quae ignis habeant potestatem, et populum istum in ligna convertam, ut sermone tuo, et prophetia increduli concrementur. Sic Deus ignis consumens dicitur, ut consumat in nobis, si super fundamentum Christi aedificaverimus, ligna, fenum, stipulam (Deut. IV).

(Vers. 15 seqq.) Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo, domus Israel, dicit Dominus: gentem robustam, gentem antiquam, gentem cujus ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. Pharetra ejus quasi sepulcrum patens, universi fortes. Et comedet segetes tuas et panem tuum: devorabit filios tuos, et filias tuas: comedet gregem tuum, et armenta tua: comedet vineam tuam, et ficum tuam, et conteret urbes munitas tuas, in quibus tu fiduciam habes gladio. Verumtamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem.

Nequaquam multo post tempore, nec ut falso creditis, Prophetae vobis loquentur in ventum, sed jam nunc adducam super vos gentem Babyloniorum, quae veniet de longinquo: gentem robustam, pro quo in Hebraeo scriptum est ETHAN (אֵיתָן), gentem antiquam, cujus quondam dominatus est Nemrod gigas (Genes. X). Cujus ignorabis linguam, sive ut in Hebraeo scriptum est: nec intelliges quid loquatur: est enim malorum 877 solatium, si illos habeas hostes, quos possis rogare, et qui tuas intelligant preces.

Quodque sequitur: Pharetra ejus quasi sepulcrum patens, et in Septuaginta editione non dicitur, Babyloniam significat armaturam. Nec dubium quin regnum Assyriorum, Babyloniorum, Medorum, atque Persarum, sagittandi peritissimum sit.

Porque negaron al Señor, o mintieron al Señor, y dijeron: no es él, por cuyo juicio se hacen todas las cosas, sino que por azar sucedieron todas estas cosas: ni sucederán las cosas que nos amenazan las voces de los Profetas, ni veremos la espada, ni sostendremos el hambre del sitio, y todo lo que hablaron los Profetas, al viento lo hablaron, y todas las cosas pasaron irritas, ni tuvieron respuesta, esto es, oráculo, o el sermón de Dios no estuvo en ellos, por eso sostendrán lo que el sermón siguiente describe. Oiga esto la Iglesia negligente, y que rechaza la providencia de Dios, que sostendrá tanto la espada como el hambre, a no ser que creyere que han de venir las cosas que se dicen.

(Vers. 14.) "Esto dice el Señor Dios de los ejércitos: porque hablasteis esta palabra: he aquí que yo pongo mis palabras en tu boca como fuego, y a este pueblo como leña, y los devorará."

Dijisteis: "Los profetas hablaron al viento, ni han de venir las cosas que amenazan": por tanto, oh Profeta, pongo mis palabras en tu boca, que tengan potestad de fuego, y convertiré a este pueblo en leña, para que por tu sermón y profecía los incrédulos sean abrasados. Así Dios es llamado fuego consumidor, para que consuma en nosotros, si sobre el fundamento de Cristo hubiéramos edificado, leña, heno, paja (Deut. 4).

(Vers. 15 y sigs.) "He aquí que yo traeré sobre vosotros una nación de lejos, oh casa de Israel, dice el Señor: una nación robusta, una nación antigua, una nación cuya lengua ignorarás, ni entenderás lo que habla. Su aljaba es como sepulcro abierto, todos son fuertes. Y comerá tus mieses y tu pan: devorará a tus hijos y a tus hijas: comerá tu rebaño y tus manadas: comerá tu viña y tu higuera, y quebrantará tus ciudades amuralladas, en las cuales tienes confianza, con la espada. Pero en aquellos días, dice el Señor, no haré consumación de vosotros."

De ninguna manera mucho tiempo después, ni como falsamente creéis, hablarán los Profetas al viento, sino que ya ahora traeré sobre vosotros a la nación de los babilonios, que vendrá de lejos: una nación robusta, por lo cual en el hebreo está escrito ETHAN (אֵיתָן), una nación antigua, de la cual en otro tiempo dominó el gigante Nemrod (Gén. 10). Cuya lengua ignorarás, o como está escrito en el hebreo: "ni entenderás lo que habla": pues es consuelo de los males si tienes por enemigos a aquellos a quienes puedes rogar, y que entiendan tus súplicas.

Y lo que sigue: "Su aljaba es como sepulcro abierto", y no se dice en la edición de los Setenta, significa el armamento babilonio. Ni hay duda de que el reino de los asirios, babilonios, medos y persas es peritísimo en el tiro con arco.

Simulque describit vastitatem terrae Judaeae, interfectionemque mullorum, abactionem pecorum, subversionem urbium atque murorum, quod gladio hostili cuncta capiantur, et tamen in tantis malis non eos perdat usque ad internecionem; sed reliquias salvas faciat, vel eorum, qui in Babylonem ducti sunt, dimissique ad agriculturam terrae [Al. culturam agrorum] Judaeae, vel eorum, qui post persecutionis ardorem vel fuga, vel confessione fidem Domini servaverunt.

(Vers. 19.) Quod si dixeritis: quare fecit Dominus Deus noster nobis haec omnia? Dices ad eos: Sicut dereliquistis me, et servistis deo alieno 878 (vel diis alienis) in terra vestra: sic servietis alienis in terra non vestra.

Grandis stultitia nescire cur passi sint, cum tanta peccaverint: brevisque ad ambigentes responsio: sicut servivistis deo alieno, id est, Baal, vel diis alienis cunctarum gentium in terra Judaea, sic servietis diis alienis in terra non vestra: haud dubium quin Babylonis, atque Chaldaeae. Si enim vos peregrina religio delectat, quid necesse est longinquum errorem suscipere? Habitate cum talibus, immo servite his quorum deos colitis. Potest hoc et super haereticis accipi, de quibus scriptum est: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum (I Joan. II, 19), quod projiciat de Ecclesia haereticos Dominus, qui multo tempore sub nomine ejus mendaciorum suorum simulacra venerati sunt, ut foris colant, quod intus prius venerabantur, ut paleae separentur a tritico.

Y al mismo tiempo describe la vastedad de la tierra de Judea, y la matanza de muchos, el arreo de los ganados, la subversión de las ciudades y los muros, que con la espada hostil todo sea capturado, y sin embargo en tan grandes males no los pierda hasta el exterminio; sino que salve a las reliquias, ya de aquellos que fueron llevados a Babilonia y enviados a la agricultura de la tierra [Al. cultivo de los campos] de Judea, ya de aquellos que tras el ardor de la persecución conservaron la fe del Señor, sea por la huida, sea por la confesión.

(Vers. 19.) "Y si dijereis: ¿por qué hizo el Señor Dios nuestro todas estas cosas con nosotros? Les dirás: Así como me abandonasteis, y servisteis a un dios ajeno (o dioses ajenos) en vuestra tierra: así serviréis a ajenos en tierra no vuestra."

Grande es la necedad de ignorar por qué padecieron, cuando tanto pecaron: y breve la respuesta a los que dudan: así como servisteis a un dios ajeno, esto es, Baal, o a los dioses ajenos de todas las naciones en la tierra de Judea, así serviréis a dioses ajenos en tierra no vuestra: sin duda de Babilonia y Caldea. Pues si os deleita la religión peregrina, ¿qué necesidad hay de asumir un error lejano? Habitad con tales, más bien servid a aquellos cuyos dioses cultiváis. Puede esto también entenderse sobre los herejes, de quienes está escrito: "De nosotros salieron, pero no eran de nosotros. Pues si hubieran sido de nosotros, hubieran permanecido ciertamente con nosotros" (1 Juan 2, 19), que el Señor arroja de la Iglesia a los herejes, los cuales por mucho tiempo bajo su nombre veneraron los simulacros de sus mentiras, para que fuera cultiven lo que antes veneraban dentro, para que la paja sea separada del trigo.

LIBER SECUNDUS.

877-878 Secundum, frater Eusebi, in Jeremiam librum celeri sermone dictamus, avertentes parumper aures, ne audiamus judicium sanguinis, et interfectorum animas deploremus, qui opinione virtutum quotidie corruunt in superbiam, et Deo se similes arbitrantur, ut aequalitatem, quam impia Arianorum haeresis in Filio negat, cunctis hominibus tribuant, et ponant in coelum os suum, et nihil futurae Sanctorum beatitudini amplius derelinquant. Quorum furori respondimus (Epist. 133, ad Ctesiphontem) ut potuimus: et si Dominus vitam dederit, plenius responsuri sumus. Nunc coepta carpenda est via, et dictandi Commentarioli: nec nimia longitudine extendentes opus, nec immoderata brevitate auferentes intelligentiam, quorum alterum onerat sensus legentium, alterum praepedit studiosorum desiderium.

(Vers. 20, 21.) Annuntiate hoc domui Jacob, et auditum facite in Juda dicentes: Audi, populo stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis; et aures, et non auditis.

Multis modis peccantes retrahit ad salutem, et stultum vocat populum, qui sapientiae reliquit auctorem, comparatque eos simulacris, de quibus scriptum est: Oculos habent et non vident: aures habent et non audiunt. Similes illis fiant qui 879 faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis (Psal. CXIII, 5, 6). Proprie autem ad Judam loquitur, et ad domum Jacob: Israel enim multo jam tempore in Assyriis exsultabat: simulque dat intelligentiam, quod etiam absque praecepto, naturali sensu debeamus intelligere quae recta sunt.

(Vers. 22 seqq.) Me ergo non timebitis, ait Dominus: et a facie mea non dolebitis? (sive timebitis) qui posui arenam terminum mari: praeceptum sempiternum, quod non praeteribit. Et commovebuntur, et non poterunt (sive turbabitur, et non poterit), et intumescent (sive sonabunt) fluctus ejus, et non transibunt illud. Populo huic factum est cor incredulum et exasperans: recesserunt, et abierunt, et non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluviam temporaneam et serotinam in tempore suo; plenitudinem annuae messis custodientem nobis.

LIBRO SEGUNDO.

877-878 El segundo libro sobre Jeremías, hermano Eusebio, lo dictamos con lenguaje veloz, desviando por un poco los oídos para no oír el juicio de sangre, y deploremos las almas de los muertos, que por la opinión de las virtudes caen diariamente en la soberbia, y se creen semejantes a Dios, de modo que la igualdad que la impía herejía de los arrianos niega en el Hijo, se la atribuyan a todos los hombres, y pongan su boca en el cielo, y nada más dejen para la futura beatitud de los Santos. A cuya furia respondimos (Epíst. 133, a Ctesifonte) como pudimos: y si el Señor diere vida, responderemos más plenamente. Ahora debe seguirse la vía comenzada, y dictar los Comentariolos: ni extendiendo la obra con excesiva longitud, ni quitando la inteligencia con inmoderada brevedad, una de las cuales carga los sentidos de los lectores, la otra impide el deseo de los estudiosos.

(Vers. 20, 21.) "Anunciad esto a la casa de Jacob, y hacedlo oír en Judá, diciendo: Oye, pueblo necio, que no tienes corazón: los que teniendo ojos no veis; y oídos, y no oís."

De muchos modos retrae a los pecadores hacia la salud, y llama necio al pueblo que abandonó al autor de la sabiduría, y los compara con los simulacros, de los cuales está escrito: "Ojos tienen y no ven: oídos tienen y no oyen. Háganse semejantes a ellos los que los hacen, y todos los que confían en ellos" (Sal. 113, 5. 6). Propiamente empero habla a Judá y a la casa de Jacob: pues Israel ya hacía mucho tiempo que exultaba entre los asirios: y al mismo tiempo da el entendimiento de que incluso sin precepto, por el sentido natural debemos entender lo que es recto.

(Vers. 22 y sigs.) "¿A mí, pues, no me temeréis, dice el Señor: y ante mi rostro no os doleréis [o temeréis]? yo que puse la arena como término al mar: precepto sempiterno que no pasará. Y se conmoverán, y no podrán [o se turbará, y no podrá], y se hincharán [o sonarán] sus olas, y no lo traspasarán. A este pueblo se le ha vuelto un corazón incrédulo y exasperante: se retiraron, y se fueron, y no dijeron en su corazón: Temamos al Señor Dios nuestro, que nos da la lluvia temprana y la tardía en su tiempo; que nos guarda la plenitud de la cosecha anual."

Narrat beneficia ut ingratos arguat. Me, inquit, non timebitis, qui tanta vobis praestiti? Non dilectionem desidero perfectorum, sed timorem incipientium, qui posui arenam terminum mari; qui tam potens elementum et immensas gurgitum moles meo praecepto littoribus refrenavi, juxta illud quod scriptum est: Praeceptum posuit, et non praeteribit (Psal. CXLVIII, 6). Audiunt me et sentiunt, quae sensum non habent audiendi: et populus quondam meus suo vitio stultus effectus, non solum contemnit; sed et dulcem exasperat Deum. Recesserunt, ait, a me, et mihi terga verterunt, et concito abierunt gradu; nec tacita eos retraxit conscientia, ut dicerent in cordibus suis: Metuamus eum, qui dat nobis pluviam temporaneam et serotinam. Per quae omnia ostendit bonam [Al. bona] plenitudinem annuae messis, pro quo Aquilae prima editio, et Symmachus, hebdomadas interpretati sunt. In Hebraeo enim scriptum est SABAOTH (שָׁבֻעוֹת), quod pro ambiguitate verbi, et septimanas significat, et plenitudinem.

(Vers. 25.) Iniquitates vestrae declinaverunt haec, et peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis.

Ergo si quando et mare transcendit terminos suos, et pluvia retrahitur, nequaquam 880 abbreviata est manus Domini, ut ista non faciat: sed peccata nostra haec ad nos venientia declinarunt, ut ad alios pergerent qui non peccaverunt. Et prohibuerunt, inquit, jam veniens ad nos bonum, juxta illud quod secundum litteram scriptum est: Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrem (Isa. V, 6). Possumus autem imbrem temporaneum et serotinum, Legem accipere et Evangelium, et diversas vocationes a prima hora usque ad undecimam, in quibus operariis vineae unum aeternae vitae praemium pollicetur (Matth. XX).

(Vers. 26.) Quia inventi sunt in populo meo impii insidiantes quasi aucupes: laqueos ponentes, et pedicas ad capiendos viros: sicut decipula plena avibus, sic domus eorum plenae dolo.

Cur declinaret ab eis imber temporaneus et serotinus, et bona omnia non venirent, causae subjiciuntur: quia inventi sunt in populo ejus impii. Non dixit, iniquos et peccatores (ut nova vult haeresis), sed impios. Impietas aperte negat Deum: iniquitas atque peccatum si confiteatur errorem, facile ad misericordiam flectit Deum. Quodque nos diximus: Insidiantes quasi aucupes, et in LXX non habetur, Aquila et Symmachus transtulerunt JASIR (יָקוּשׁ), quasi rete aucupis, quod etiam qui bonus inter eos videtur et rectus, instar aucupis tendat insidias, dum invicem se venantur ad mortem, et aliorum damnis atque dispendiis, suas complent domos, ut impleatur philosophorum illa sententia: Omnis dives aut iniquus, aut haeres iniqui.

Narra los beneficios para argüir a los ingratos. "¿A mí", dice, "no me temeréis, yo que tantas cosas os presté?" No deseo el amor de los perfectos, sino el temor de los principiantes, "que puse la arena como término al mar"; yo que refrené con mi precepto en los litorales a tan potente elemento e inmensas moles de abismos, según aquello que está escrito: "Puso un precepto, y no pasará" (Sal. 148, 6). Me oyen y me sienten las cosas que no tienen sentido de oír: y mi pueblo de otro tiempo, hecho necio por su propio vicio, no solo desprecia, sino que exaspera al Dios dulce. Se retiraron, dice, de mí, y me volvieron las espaldas, y se fueron con paso apresurado; ni los retrajo la conciencia tácita para que dijeran en sus corazones: "Temamos a aquel que nos da la lluvia temprana y la tardía". Por todo lo cual muestra la buena plenitud de la cosecha anual, en lugar de lo cual la primera edición de Aquila, y Símaco, interpretaron "semanas". Pues en el hebreo está escrito SABAOTH (שָׁבֻעוֹת), que por la ambigüedad de la palabra significa tanto "semanas" como "plenitud".

(Vers. 25.) "Vuestras iniquidades desviaron estas cosas, y vuestros pecados prohibieron el bien de vosotros."

Por tanto, si alguna vez también el mar trasciende sus términos, y la lluvia se retira, de ninguna manera se ha abreviado la mano del Señor para no hacer estas cosas: sino que nuestros pecados desviaron estas cosas que venían a nosotros, para que pasaran a otros que no pecaron. Y prohibieron, dice, el bien que ya venía a nosotros, según aquello que está escrito según la letra: "Mandaré a las nubes que no lluevan sobre ella aguacero" (Isa. 5, 6). Podemos empero entender por la lluvia temprana y la tardía a la Ley y al Evangelio, y las diversas vocaciones desde la hora primera hasta la undécima, en las cuales se promete un solo premio de vida eterna a los operarios de la viña (Mat. 20).

(Vers. 26.) "Porque se han hallado en mi pueblo impíos acechando como cazadores de aves: poniendo lazos y trampas para atrapar a los hombres: como trampa llena de aves, así sus casas están llenas de dolo."

Por qué se desviaría de ellos la lluvia temprana y la tardía, y no vendrían todos los bienes, se someten las causas: porque se han hallado en su pueblo impíos. No dijo "inicuos" y "pecadores" (como quiere la nueva herejía), sino "impíos". La impiedad niega abiertamente a Dios: la iniquidad y el pecado, si confiesan el error, fácilmente inclinan a Dios a la misericordia. Y lo que nosotros dijimos: "acechando como cazadores", y en los Setenta no se tiene, Aquila y Símaco tradujeron JASIR (יָקוּשׁ), "como red de cazador", porque incluso quien parece bueno y recto entre ellos, a semejanza de un cazador tiende insidias, mientras se cazan unos a otros para la muerte, y con los daños y gastos de otros llenan sus propias casas, para que se cumpla aquella sentencia de los filósofos: "Todo rico es o inicuo, o heredero de un inicuo".

Atque utinam ab his tantum fiant, qui videntur foris esse, et quos Dominus judicat; et non in nostris conventiculis impleantur, quos possidet radix omnium malorum avaritia (Coloss. III), ita ut venientium ad nos non ora contemplemur, sed manus.

(Vers. 27 seqq.) Ideo magnificati sunt et ditati: incrassati sunt et impinguati, et praeterierunt sermones meos pessime: causam non judicaverunt: causam (sive judicium) pupilli non direxerunt [Al. dixerunt]: judicium pauperum (sive viduae) non judicaverunt. Numquid super his non visitabo, 881 dicit Dominus: aut super gentem hujuscemodi non ulciscetur anima mea?

Si voluero annotare per singula quae in LXX editione praetermissa sunt, longum fiet. Qui tendunt, ait, insidias, et aliorum nuditate laetantur, ideo magnificati sunt et ditati, quia superiora fecerunt. Incrassati sunt et impinguati, juxta illud quod scriptum est: Incrassatus et impinguatus est, et recalcitravit dilectus (Deut. XXXII, 15). Et praeterierunt sermones meos, quia divitiarum conscientia illud dixerunt de Evangelio: Anima, habes multa bona posita in annos multos: requiesce, comede, bibe, epulare (Luc. XII, 19). Praeterierunt autem in malum sui, cunctosque homines despicientes non posuerunt Dei judicium ante oculos suos. Pupillum et pauperes contempserunt: pro quo LXX dixerunt, viduas, quod in Hebraico non habetur; EBIONIM (אֶבְיוֹנִים) quippe proprie pauperes, non viduas sonat. Quod autem sequitur, Numquid super his non visitabo, dicit Dominus: aut super gentem hujuscemodi non ulciscetur anima mea? jam supra dissertum est.

(Vers. 30, 31.) Stupor et mirabilia facta sunt in terra. Prophetae prophetabant mendacium (sive iniqua) et sacerdotes applaudebant manibus suis: et populus meus dilexit talia: quid ergo facietis in novissimo [Vulg. fiet in novissimo ejus] (sive post haec)?

Supra dixerat: Ibo ad optimates, et loquar eis? forsitan ipsi cognoverunt viam Domini, et ecce hi magis pariter confregerunt jugum, ruperunt vincula: nunc describit qui sint optimates, prophetae videlicet et sacerdotes: quorum alii futura praedicunt, alii ex lege facienda decernunt. Et ecce, inquit, illis mendacium prophetantibus, sacerdotes manibus applauserunt. Et ut ostendatur nec populus esse sine culpa, qui a talibus abducatur, scriptum est: Et populus meus dilexit talia: quondam meus; sed [Al. et] postquam dilexit talia, meus esse desivit. Quid igitur facient, cum novissimum judicii tempus advenerit, sive captivitatis necessitas? Unde stupor et mirabilia sunt. quod nec in principibus, nec in populo inventus sit qui recta sentiret.

Y ojalá estas cosas se hicieran solo por aquellos que parecen estar fuera, y a quienes el Señor juzga; y no se cumplieran en nuestras asambleas, a quienes posee la avaricia, raíz de todos los males (Col. 3), de modo que de los que vienen a nosotros no contemplemos los rostros, sino las manos.

(Vers. 27 y sigs.) "Por eso se engrandecieron y enriquecieron: se han engordado y puesto gruesos, y pasaron mis palabras pésimamente: no juzgaron la causa: la causa (o el juicio) del pupilo no dirigieron [Al. dijeron]: el juicio de los pobres (o de la viuda) no juzgaron. ¿Acaso no visitaré sobre estas cosas, dice el Señor: o sobre una nación de esta clase no se vengará mi alma?"

Si quisiera anotar por separado las cosas que han sido omitidas en la edición de los Setenta, se haría largo. Los que tienden insidias, dice, y se alegran de la desnudez de otros, por eso se engrandecieron y enriquecieron, porque hicieron lo de arriba. Se han engordado y puesto gruesos, según aquello que está escrito: "Se engordó y se puso grueso, y el amado tiró coces" (Deut. 32, 15). "Y pasaron mis palabras", porque por la conciencia de las riquezas dijeron aquello del Evangelio: "Alma, tienes muchos bienes guardados para muchos años: descansa, come, bebe, banquetea" (Luc. 12, 19). Pasaron empero para mal suyo, y despreciando a todos los hombres no pusieron el juicio de Dios ante sus ojos. Al pupilo y a los pobres despreciaron: en lugar de lo cual los Setenta dijeron "viudas", lo cual no se tiene en el hebreo; pues EBIONIM (אֶבְיוֹנִים) propiamente suena a "pobres", no a "viudas". Lo que empero sigue: "¿Acaso no visitaré sobre estas cosas, dice el Señor: o sobre una nación de esta clase no se vengará mi alma?", ya arriba fue disertado.

(Vers. 30, 31.) "Estupor y maravillas se han hecho en la tierra. Los profetas profetizaban mentira (o cosas inicuas) y los sacerdotes aplaudían con sus manos: y mi pueblo amó tales cosas: ¿qué haréis, pues, en lo último [Vulg. sucederá en lo último de ella] (o después de esto)?"

Arriba había dicho: "¿Iré a los nobles y les hablaré? por ventura ellos conocieron el camino del Señor", y he aquí que estos más bien quebrantaron por igual el yugo, rompieron los vínculos: ahora describe quiénes son los nobles, a saber, los profetas y los sacerdotes: de los cuales unos predicen lo futuro, otros decretan lo que debe hacerse según la ley. Y he aquí, dice, que profetizando aquellos la mentira, los sacerdotes aplaudieron con las manos. Y para que se muestre que ni el pueblo está sin culpa, que por tales es abducido, está escrito: "Y mi pueblo amó tales cosas": de otro tiempo mío; pero [Al. y] después de que amó tales cosas, dejó de ser mío. ¿Qué harán, pues, cuando llegue el último tiempo del juicio, o la necesidad de la cautividad? De donde es el estupor y las maravillas, porque ni en los príncipes ni en el pueblo se halló quien sintiera rectamente.

(Cap. VI.---Vers. 1.) Confortamini, filii Benjamin, in medio Jesusalem; et in Thecua clangite buccina; et super Bethacherem levate signum (sive vexillum), quia malum visum est (sive apparuit) ab Aquilone et contritio magna. Jerusalem in tribu Benjamin sitam nullus ignorat. Thecuam quoque viculum esse in monte situm, et duodecim millibus ab Hierosolymis separatum, quotidie oculis cernimus. Inter hos alius vicus est, qui lingua Syra et Hebraica BETHACHARMA nominatur, et ipse in monte positus (). Quod ergo dicit, hoc est: quia ab Aquilone jamjamque venturus est Nabuchodonosor, et imminet vicina captivitas, o habitatores Jerusalem, arma corripite, et in Thecua buccina concrepate; et in Bethacherem levate vexillum, ait, ut contra hostes valeatis resistere. Benjamin interpretatur filius dexterae: Thecua, tuba: Bethacherem, villa vineae. Haec omnia referamus ad Ecclesiam: ut si deliquerit, et persecutionis impetus fuerit, se praeparet ad resistendum.

(Vers. 2, 3.) Speciosae et delicatae assimilavi filiam Sion: et ad eam venient pastores, et greges eorum: fixerunt (sive figent) in ea tentoria in circuitu: pascet unusquisque eos qui sub manu sua sunt. Sanctificate (sive parate) super eam bellum: consurgite et ascendamus in meridie. Describitur pulchritudo Jerusalem, quae est ipsa Sion: ut aliud totam urbem, aliud arcem urbis insinuet esse. Sion enim specula interpretatur, et speciosae mulieri comparatur: et quomodo ad illam amatores, sic ad istam pastores convenire dicuntur. Satisque eleganter in Hebraeo verbum quod quatuor litteris scribitur, RES, AIN, JOD, MEM, si legatur REIM (), amatores, si ROIM (), pastores significat, ut vel juxta metaphoram, pulchrae mulieris amatores, vel juxta eversionem urbis, pastores intelligantur: quorum alii scortum polluere festinant, alii obsidere et subvertere civitatem. In pastoribus et gregibus eorum, principes sentiamus, et exercitus Chaldaeorum. Figent autem tentoria sua in obsidione urbis in circuitu: et pascet unusquisque eos qui sub manu sua sunt; suas videlicet turmas et numeros [Al. innumeros]. Qui principes, sive pastores, dicent gregibus suis: Sanctificate super Jerusalem bellum: Domini enim imperium est. Consurgite, et ascendamus in meridiem: non per noctem et insidias; sed plena luce pugnemus: nullus enim nobis potest resistere.

(Vers. 4, 5.) Vae nobis, quia declinavit dies, quia longiores factae sunt (sive defecerunt) umbrae vesperi. Surgite et ascendamus in nocte, et dissipemus domos ejus (sive fundamenta illius). Illi dicunt: Surgite, et ascendamus in meridie, et clara luce pugnemus. Isti respondent: Vae nobis, quia longiores factae sunt umbrae vesperae. Secundum illud Virgilianum (Eclog. I): Et jam summa procul villarum culmina fumant: Majoresque cadunt altis de montibus umbrae. Et est sensus: Si per diem haec patimur, quid patiemur in nocte?

(Cap. VI. --- Vers. 1.) Fortaleceos, hijos de Benjamín, en medio de Jerusalén; y en Tecua tocad la bocina; y sobre Bet-haquerem levantad una señal (o estandarte), porque el mal se ha visto (o ha aparecido) desde el Aquilón y una gran destrucción. Nadie ignora que Jerusalén está situada en la tribu de Benjamín. También vemos diariamente con nuestros ojos que Tecua es una pequeña aldea situada en un monte, y separada de Jerusalén por doce millas. Entre estas hay otra aldea, que en lengua siriaca y hebrea se llama BET-HAQUEREM, y ella misma está situada en un monte. Por lo tanto, lo que dice es esto: porque desde el Aquilón ya mismo ha de venir Nabucodonosor, y la cautividad vecina es inminente, oh habitantes de Jerusalén, tomad las armas, y en Tecua haced resonar la bocina; y en Bet-haquerem levantad el estandarte, dice, para que podáis resistir contra los enemigos. Benjamín se interpreta como hijo de la diestra; Tecua, trompeta; Bet-haquerem, villa de la viña. Refiramos todo esto a la Iglesia: para que si esta delinquiere, y hubiere un ímpetu de persecución, se prepare para resistir.

(Vers. 2, 3.) A una mujer hermosa y delicada he comparado a la hija de Sion: y a ella vendrán los pastores y sus rebaños: fijaron (o fijarán) en ella tiendas en derredor: cada uno apacentará a los que están bajo su mano. Santificad (o preparad) la guerra sobre ella: levantáos y subamos al mediodía. Se describe la hermosura de Jerusalén, que es la misma Sion: de modo que un término insinúa toda la ciudad, y otro la ciudadela de la ciudad. Pues Sion se interpreta como atalaya, y se compara con una mujer hermosa: y del mismo modo que se dice que a aquella acuden los amantes, así a esta acuden los pastores. Y con bastante elegancia en hebreo, la palabra que se escribe con cuatro letras, RES, AIN, JOD, MEM, si se lee REIM, significa amantes; si ROIM, significa pastores; de modo que se entiendan, o bien según la metáfora, los amantes de una mujer hermosa, o bien según la subversión de la ciudad, los pastores: de los cuales unos se apresuran a mancillar a la prostituta, otros a sitiar y subvertir la ciudad. En los pastores y sus rebaños, percibamos a los príncipes y a los ejércitos de los caldeos. Fijarán, pues, sus tiendas en el sitio de la ciudad en derredor: y cada uno apacentará a los que están bajo su mano; a saber, sus propias tropas y números. Estos príncipes, o pastores, dirán a sus rebaños: Santificad la guerra sobre Jerusalén: pues del Señor es el imperio. Levantáos y subamos al mediodía: no por la noche y con insidias; sino que luchemos a plena luz: pues nadie puede resistirnos.

(Vers. 4, 5.) ¡Ay de nosotros!, porque el día ha declinado, porque se han hecho más largas (o han fallado) las sombras de la tarde. Levantáos y subamos en la noche, y disipemos sus casas (o sus cimientos). Aquellos dicen: Levantáos y subamos al mediodía, y luchemos con clara luz. Estos responden: ¡Ay de nosotros!, porque se han hecho más largas las sombras de la tarde. Según aquel verso virgiliano (Égloga I): Y ya a lo lejos humean las cumbres de las villas: Y mayores caen las sombras de los altos montes. Y el sentido es: Si padecemos esto durante el día, ¿qué padeceremos en la noche?

Rursumque qui supra dixerant: Sanctificate super eam bellum, atque consurgite, nunc ipsi se provocant ad bellandum, dicentes: Surgite, et ascendamus in nocte: ut sciant adversarii, non temporis victoriam esse, sed virium: et dissipemus domos, quae frustra murorum firmitate vallantur.

(Vers. 6.) Quia haec dicit Dominus exercituum: Caedite lignum (sive ligna ejus) et effundite [Vulg. fundite] (sive comportate) circa Jerusalem aggerem. Idcirco, inquiunt, de victoria securi sumus, quia praeceptum Domini est imperantis Chaldaeis: ligna succidite, et futuris munitionibus aggerem comportate. Per quae ostenditur antequam veniat corona, non statim urbem esse capiendam: sed longa obsidione, ut postea legimus.

(Vers. 7.) Haec est civitas visitationis (sive mendax), omnis calumnia (sive oppressio) in medio ejus. Sicut frigidam facit cisterna (vel lacus) aquam suam: sic frigidam fecit malitiam suam. Praecepit Dominus ut arbores succidantur, et ut fundantur per circuitum aggeres: quia tempus visitationis ejus advenerit, ut recipiat pro peccatis suis: quorum maximum est *συκοφαντία*, ut innocentem opprimat per calumniam. Quomodo ergo cisterna, vel lacus frigidam facit aquam suam: sic in medio Jerusalem, malitia quae in ea est, omnem calorem perdidit vitae. Et hoc notandum, quod sancto Spiritu accensi, ferventes appellentur: mala autem frigida sint. Unde et illud scriptum est (Matth. XXIV), quod in novissimis diebus, quando multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quod puto et illud sonare: Assimilatus sum descendentibus in lacum (Psal. XXVII, 1). Hoc autem Latinus lector intelligat, ut semel dixisse sufficiat, lacum, non stagnum sonare juxta Graecos, sed cisternam, quae sermone Syro et Hebraico GUBBA appellatur. In praesenti autem loco pro lacu, quem omnes similiter transtulerunt, in Hebraico BOR dicitur.

(Vers. 8.) Iniquitas et vastitas audietur in ea coram me semper, infirmitas et plaga. Erudire, Jerusalem, ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem. LXX: Impietas et miseria audietur in ea contra faciem ejus. Per omnem dolorem et flagellum erudieris, Jerusalem, ne forte recedat anima mea a te: ne faciam te inviam terram, quae non habitetur. Per haec discimus quia flagellat Dominus omnem filium quem recipit. And idcirco plagis atque tormentis eruditur Jerusalem, ut corrigatur, et non recedat anima Dei ab ea, et redigatur in solitudinem. Si quando igitur crebris angustiis subjacemus, recordemur in consolationem nostri istius versiculi: Per omnem dolorem et flagellum erudieris, Jerusalem.

Y de nuevo, los que arriba habían dicho: Santificad sobre ella la guerra, y levantáos, ahora ellos mismos se provocan a batallar, diciendo: Levantáos y subamos en la noche: para que sepan los adversarios que la victoria no es del tiempo, sino de las fuerzas: y disipemos las casas, que en vano son protegidas por la firmeza de los muros.

(Vers. 6.) Porque esto dice el Señor de los ejércitos: Cortad la madera (o sus maderas) y derramad (o acumulad) un terraplén alrededor de Jerusalén. Por eso, dicen, estamos seguros de la victoria, porque es precepto del Señor que manda a los caldeos: talad los bosques, y acumulad un terraplén para las futuras fortificaciones. Por lo cual se muestra que antes de que venga la corona, no se ha de tomar la ciudad inmediatamente: sino por un largo sitio, como leemos después.

(Vers. 7.) Esta es la ciudad de la visitación (o mentirosa), toda calumnia (o opresión) está en medio de ella. Como la cisterna (o el lago) hace fría su agua: así ella ha hecho fría su malicia. Mandó el Señor que se talaran los árboles, y que se vertieran terraplenes por el circuito: porque ha llegado el tiempo de su visitación, para que reciba por sus pecados: de los cuales el máximo es la sykophantía (calumnia), para oprimir al inocente mediante la calumnia. Así pues, como la cisterna o el lago hace fría su agua: así en medio de Jerusalén, la malicia que hay en ella ha perdido todo el calor de la vida. Y esto debe notarse, que los encendidos por el Espíritu Santo son llamados fervientes: pero las cosas malas son frías. De donde también está escrito (Mateo XXIV), que en los últimos días, cuando se haya multiplicado la iniquidad, se enfriará la caridad de muchos. Lo cual pienso que también suena a aquello: He sido asimilado a los que descienden al lago (o fosa) (Salmo XXVII, 1). Esto entiéndalo el lector latino, para que baste haberlo dicho una vez: que lacus (lago/fosa) no suena a estanque según los griegos, sino a cisterna, que en lengua siriaca y hebrea se llama GUBBA. En el presente lugar, por el lacus, que todos tradujeron de manera similar, en hebreo se dice BOR.

(Vers. 8.) Iniquidad y vastación se oirá en ella ante mí siempre, enfermedad y plaga. Instrúyete, Jerusalén, no sea que por ventura se aparte mi alma de ti, no sea que por ventura te ponga desierta, tierra inhabitable. LXX: Impiedad y miseria se oirá en ella contra su faz. Por todo dolor y flagelo serás instruida, Jerusalén, no sea que por ventura se aparte mi alma de ti: no sea que te haga tierra inviable, que no sea habitada. Por esto aprendemos que el Señor flagela a todo hijo que recibe. Y por eso con plagas y tormentos es instruida Jerusalén, para que sea corregida, y no se aparte el alma de Dios de ella, y no sea reducida a la soledad. Si alguna vez, pues, estamos sujetos a frecuentes angustias, recordemos para consuelo nuestro este versículo: Por todo dolor y flagelo serás instruida, Jerusalén.

(Vers. 9.) Haec dicit Dominus exercituum, usque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel. Converte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum. LXX: Quia haec dicit Dominus virtutum: Racemate, racemate quasi in vinea reliquias Israel. Revertemini quasi vindemiator in cartallum suum. Alii in bonam partem, alii in malam haec dicta suscipiunt. In bonam partem, cum vastata fuerit Jerusalem, reliquiae salvae fiant. In malam sic, ne unus quidem racemus, et parvus botrus remaneat in vinea, omnia colligentur: et quodcumque inveneris, instar vindemiatoris in cartallum collige; ut quomodo ille racemos ad torcular: sic tu captivos pertrahas in Babylonem.

(Vers. 10.) Cui loquar, et quem contestabor, ut audiat? Ecce incircumcisae aures eorum (sive vestrae), et audire non possunt. Non possunt audire, quia aures circumcidere noluerunt: nec tamen vacat impossibilitas supplicio, quae de contemptu et infidelitate descendit. Si quis ergo Dei verba non suscipit, nec habet praeceptorum ejus intelligentiam, incircumcisis auribus est. Simulque notandum quae circumcisio tribus generibus in Scripturis appellatur, in praeputio, in corde, et in auribus: unde dicit Dominus: Qui habet aures audiendi, audiat (Matth. XI, 15). Voluntate ergo nostra, verbum Dei non suscipimus; et idcirco fit nobis in opprobrium, ut quod datum fuerat nobis ad salutem, nostro vitio vertatur in poenam.

(Vers. 11.) Idcirco furore Domini plenus sum, laboravi sustinens. LXX: Et furorem meum implevi, et sustinui: et non consumpsi eum. Juxta Hebraicum, ex persona Prophetae dicitur, quod venientem iram Dei ante prospiciat, et plenus sit furoris Domini et iracundiae, et ultra sustinere non possit: nec pro peccatoribus audeat Dominum deprecari. Juxta LXX autem novus sensus ponitur, quod ipse Dominus complevi, feriendo populum peccatorem: et tamen retinuerit illum, et non totum effuderit, ut reliquiae salvae fiant: quod mihi videtur sibi esse contrarium. Si enim complevit furorem suum, quomodo sustinuit ne compleret?

(Vers. 12.) Effunde (sive effundit) super parvulum foris, et super concilium juvenum simul: vir enim cum uxore capietur, senex cum pleno dierum. Et transibunt domus eorum ad alteros, agri et uxores pariter. Vel Propheta praecipit in spiritu venienti Chaldaeo, ut effundat furorem Domini super parvulos, et innoxiae quoque non parcat aetati: vel certe narrat quid factum sit super concilium juvenum simul, qui ad repugnandum arma corripuerant. Vir enim cum uxore capietur, dulcissima inter se nomina pariter sentient captivitatem: senex cum pleno dierum.

(Vers. 9.) Esto dice el Señor de los ejércitos: Hasta el racimo recogerán como en una viña las reliquias de Israel. Vuelve tu mano como vendimiador a la canasta. LXX: Porque esto dice el Señor de las virtudes: Racimad, racimad como en una viña las reliquias de Israel. Volveréis como vendimiador a su canasta. Unos toman estas palabras en buena parte, otros en mala. En buena parte, para que cuando Jerusalén haya sido devastada, las reliquias sean salvadas. En mala parte así: para que ni siquiera un racimo, ni un pequeño brote quede en la viña, todo será recogido: y cualquier cosa que hallares, como vendimiador recógela en la canasta; para que así como aquel lleva los racimos al lagar: así tú arrastres a los cautivos a Babilonia.

(Vers. 10.) ¿A quién hablaré, y a quién tomaré por testigo, para que oiga? He aquí que los oídos de ellos (o vuestros) son incircuncisos, y no pueden oír. No pueden oír, porque no quisieron circuncidar los oídos: y sin embargo, no está exenta de suplicio la imposibilidad que desciende del desprecio y de la infidelidad. Si alguien, pues, no recibe las palabras de Dios, ni tiene inteligencia de sus preceptos, es de oídos incircuncisos. Y al mismo tiempo debe notarse que la circuncisión es llamada de tres géneros en las Escrituras: en el prepucio, en el corazón y en los oídos: de donde dice el Señor: El que tiene oídos para oír, oiga (Mateo XI, 15). Por nuestra voluntad, pues, no recibimos la palabra de Dios; y por eso se nos convierte en oprobio, para que lo que se nos había dado para salud, por nuestro vicio se convierta en pena.

(Vers. 11.) Por eso estoy lleno del furor del Señor, trabajé sosteniéndolo. LXX: Y mi furor completé, y lo sostuve: y no lo consumí. Según el hebreo, se dice en persona del Profeta, que prevé la ira de Dios que ha de venir, y está lleno del furor del Señor y de su indignación, y no puede sostenerlo más: ni se atreve a rogar al Señor por los pecadores. Según los LXX, en cambio, se pone un nuevo sentido: que yo el Señor mismo completé, hiriendo al pueblo pecador: y sin embargo lo retuve, y no lo derramé todo, para que las reliquias sean salvadas: lo cual me parece ser contrario a sí mismo. Pues si completó su furor, ¿cómo lo sostuvo para no completarlo?

(Vers. 12.) Derrama (o él derrama) sobre el niño pequeño fuera, y sobre el concilio de los jóvenes a la vez: pues el varón con la esposa será capturado, el anciano con el que está lleno de días. Y pasarán las casas de ellos a otros, los campos y las esposas igualmente. O bien el Profeta manda en espíritu al caldeo que viene, que derrame el furor del Señor sobre los niños pequeños, y que no perdone ni siquiera a la edad inocente: o ciertamente narra lo que se ha hecho sobre el concilio de los jóvenes a la vez, que para resistir habían tomado las armas. Pues el varón con la esposa será capturado, los nombres más dulces entre sí sentirán por igual la cautividad: el anciano con el que está lleno de días.

Ergo senectus non est aetas ultima, sed eorum qui pleni sunt dierum, quos nostro sermone appellamus depositos, sive decrepitos. Sequitur, Et transibunt domus eorum ad alteros, captivitatis malo, agri et uxores simul: ut conjux ad hostes transeat et possessio. Quidquid juxta litteram intelligimus super Jerusalem, juxta intelligentiam spiritualem referamus ad Ecclesiam, si offenderit Deum.

(Vers. 13 seqq.) Quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus. A minore quippe usque ad majorem omnes avaritiae student, et a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Et curabunt contritionem filiae populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax, et non erat pax. Quod in Hebraico dicitur: Extendam manum meam super peccatores, sive habitatores terrae, apud LXX semper elevabo scribitur, qui uterque percutientis est habitus. Juxta illud quod scriptum est: Et adhuc manus Domini extenta, sive excelsa (Isai. V, 25). Habitatores autem terrae semper in vitio sunt. Unde et in Apocalypsi frequentius dicitur. Vae habitatoribus terrae (Apoc. VIII, 13). A minore [Al. minimo] usque ad majorem omnes student avaritiae; secundum illud Apostolicum: Radix omnium malorum est avaritia (I Tim. VI, 10). Et a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Alii in prophetando mendacium, alii perverse interpretando legem Dei. Dicit enim et in alio loco Propheta: Quaerite legem a sacerdotibus (Jerem. XVIII). Et cum, inquit, tanta facerent, prospera quaeque meo populo nuntiabant: et quasi curare cupiebant vulnus, et ignominiam filiae meae, dicentes: Pax, pax; cum pax omnino non esset. Hoc proprie de sacerdotibus et doctoribus intelligendum est, qui divitibus et eis quos vident in honore maximo constitutos, repromittunt prospera, et clementem praedicant Deum: magis illos supplicio et iracundiae praeparantes.

(Vers. 15.) Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, et erubescere nescierunt. Pressius hoc legendum est juxta Hebraicum. Et cum, inquit, tanta fecerint, numquid confusi sunt? numquid erubuerunt in sceleribus suis? quin potius peccatum auxere contemptu, et erubescere nescierunt. Nescierunt autem hic posuit pro noluerunt: sive nimio contemptu et vitio inoliti mali, ne intelligere quidem potuerunt. Quamobrem cadent inter ruentes: in tempore visitationis suae corruent, dicit Dominus. Quoniam, ait, erubescere nescierunt: et non solum opus, sed ne scientiam quidem habuerunt, et sensum poenitentiae: propterea cadent qui prius stabant inter eos, qui vitiis suis corruent, et cum visitationis et poenae eorum tempus advenerit, cunctis ruentibus sociabuntur. Grandis autem impietas, non solum non cavere, sed nec intelligere velle peccata, et nullam habere distantiam bonorum malorumque operum.

Por lo tanto, la ancianidad no es la última edad, sino la de aquellos que están llenos de días, a los que en nuestra lengua llamamos depositados (desahuciados), o decrépitos. Sigue: Y pasarán las casas de ellos a otros, por el mal de la cautividad, los campos y las esposas a la vez: para que el cónyuge pase a los enemigos y la posesión. Todo lo que según la letra entendemos sobre Jerusalén, según la inteligencia espiritual refirámoslo a la Iglesia, si ofendiere a Dios.

(Vers. 13 y sigs.) Porque extenderé mi mano sobre los habitantes de la tierra, dice el Señor. Desde el menor hasta el mayor todos se entregan a la avaricia, y desde el profeta hasta el sacerdote todos cometen dolo. Y curarán el quebranto de la hija de mi pueblo con ignominia, diciendo: Paz, paz, y no había paz. Lo que en hebreo se dice: Extenderé mi mano sobre los pecadores, o los habitantes de la tierra, en los LXX siempre se escribe elevaré, los cuales ambos son la actitud del que hiere. Según aquello que está escrito: Y todavía la mano del Señor está extendida, o excelsa (Isaías V, 25). Pues los habitantes de la tierra siempre están en el vicio. De donde también en el Apocalipsis se dice con frecuencia: ¡Ay de los habitantes de la tierra! (Apoc. VIII, 13). Desde el menor hasta el mayor todos se entregan a la avaricia; según aquel dicho apostólico: La raíz de todos los males es la avaricia (I Tim. VI, 10). Y desde el profeta hasta el sacerdote todos cometen dolo. Unos profetizando la mentira, otros interpretando perversamente la ley de Dios. Pues dice también en otro lugar el Profeta: Buscad la ley de los sacerdotes (Jeremías XVIII). Y cuando, dice, hacían tales cosas, anunciaban toda clase de prosperidades a mi pueblo: y como si quisieran curar la herida y la ignominia de mi hija, decían: Paz, paz; cuando no había paz en absoluto. Esto ha de entenderse propiamente de los sacerdotes y doctores, que a los ricos y a aquellos a quienes ven constituidos en el máximo honor, les prometen prosperidades y predican a un Dios clemente: más bien preparándolos para el suplicio y la indignación.

(Vers. 15.) Se han confundido, porque hicieron abominación: más bien con confusión no fueron confundidos, y no supieron avergonzarse. Más estrictamente ha de leerse esto según el hebreo. Y cuando, dice, hicieron tales cosas, ¿acaso se confundieron?, ¿acaso se avergonzaron de sus crímenes? Más bien aumentaron el pecado con el desprecio, y no supieron avergonzarse. Puso aquí no supieron por no quisieron: o por el excesivo desprecio y el vicio del mal arraigado, ni siquiera pudieron entender. Por lo cual caerán entre los que caen: en el tiempo de su visitación caerán, dice el Señor. Puesto que, dice, no supieron avergonzarse: y no solo no tuvieron la obra, sino que ni siquiera tuvieron la ciencia, ni el sentido de la penitencia: por eso caerán los que antes estaban en pie entre aquellos que por sus vicios caerán, y cuando llegue el tiempo de su visitación y su pena, se unirán a todos los que caen. Pues es una gran impiedad, no solo no precaverse, sino ni siquiera querer entender los pecados, y no tener ninguna distinción entre las obras buenas y las malas.

(Vers. 16 seqq.) Haec dicit Dominus: State super vias et videte, et interrogate de semitis antiquis, quae sit via bona, et ambulate in ea, et invenietis refrigerium (sive purificationem) animabus vestris. Et dixerunt: non ambulabimus (sive non ibimus). Et constitui super vos speculatores, audite vocem tubae. Et dixerunt, non audiemus. Ideo audite (sive audierunt) gentes: et cognosce congregatio (sive qui pascitis greges): aut juxta Symmachum, et cognoscite (testimonium quod in eis est) quanta ego faciam eis. Audi terra. Evangelica parabola si fuerit intellecta, hujus loci praebebit intelligentiam: in qua negotiator bonus, omnes vendere dicitur margaritas, ut de pretio earum unam emat pretiosissimam margaritam (Matth. XIII): quod scilicet per Patriarchas et Prophetas veniamus ad eum qui dicit: Ego sum via (Joan. XIV). Standum est igitur in prophetis, et diligentissime contemplandum, et interrogandum de semitis antiquis sive sempiternis, quae multorum sanctorum sunt tritae vestigiis, quae significantius Graece appellantur τρίβοι, quae sit via bona in Evangelio (Matth. VII), et ambulandum in ea: quae via cum inventa fuerit, praebet refrigerium, sive purificationem animabus credentium. At illi e contrario responderunt, non ambulabimus per viam Evangelii: proprie hoc Propheta dicente de perfidia Judaeorum. Statimque infert: Et constitui super vos speculatores. Haud dubium quin Apostolorum indicetur chorus, juxta Ezechielem: Filii hominis, speculatorem te dedi domui Israel (Ezech. III, 17). Et praecepi ut audiretis vocem tubae, vel mandata Evangelii, vel doctrinam Apostolorum, juxta illud Isaiae: In montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion: exalta sicut tuba vocem tuam, qui annuntias Jerusalem (Isai. XL, 9). Qui dixerunt: Non audiemus; et invitati ad coenam, noluerunt venire: propterea dicitur: Audite, gentes. Quod secuti sunt et Apostoli, quando loquuntur in Lycaonia: Vobis quidem oportebat primum loqui verbum Dei: sed quia repellitis illud, ...

(Vers. 19.) Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum (sive aversionis) ejus: quia verba mea non audierunt, et legem meam projecerunt. Mala appellat supplicia poenasque patientium, non super gentes quae vocantur ad Evangelii veritatem, sed super populum qui respondit: Non audiemus. Et recepturus est fructum cogitationum, sive aversionis suae, dicente David: Labores manuum tuarum manducabis (Psal. CXXVII, 2). Causaque perspicua, quia verba Domini non audierint, et legem ejus abjecerint.

(Vers. 16 y sigs.) Esto dice el Señor: Paraos sobre los caminos y ved, e interrogad sobre las sendas antiguas, cuál sea la vía buena, y caminad por ella, y hallaréis refrigerio (o purificación) para vuestras almas. Y dijeron: no caminaremos (o no iremos). Y constituí sobre vosotros vigías, oíd la voz de la trompeta. Y dijeron: no oiremos. Por tanto, oíd (o oyeron), naciones: y conoce, congregación (o los que apacentáis rebaños): o según Símaco, y conoced (el testimonio que hay en ellos) cuántas cosas les haré. Oye, tierra. Si se entendiere la parábola evangélica, proporcionará la inteligencia de este lugar: en la cual se dice que el buen negociante vende todas las perlas, para que con el precio de ellas compre una perla preciosísima (Mateo XIII): que es, a saber, que por los Patriarcas y Profetas vengamos a aquel que dice: Yo soy el camino (Juan XIV). Se debe estar, pues, en los profetas, y contemplar diligentísimamente, e interrogar sobre las sendas antiguas o sempiternas, que han sido trilladas por las huellas de muchos santos, que más significativamente se llaman en griego tríboi (sendas trilladas), cuál sea la vía buena en el Evangelio (Mateo VII), y caminar por ella: la cual vía, cuando ha sido hallada, proporciona refrigerio, o purificación, para las almas de los creyentes. Pero ellos, por el contrario, respondieron: no caminaremos por la vía del Evangelio; diciendo esto propiamente el Profeta sobre la perfidia de los judíos. Inmediatamente infiere: Y constituí sobre vosotros vigías. Sin duda se indica el coro de los Apóstoles, según Ezequiel: Hijo del hombre, te he dado por vigía a la casa de Israel (Ezeq. III, 17). Y mandé que oyeseis la voz de la trompeta, o los mandatos del Evangelio, o la doctrina de los Apóstoles, según aquello de Isaías: Sube a un monte excelso, tú que evangelizas a Sion: exalta como trompeta tu voz, tú que anuncias a Jerusalén (Is. XL, 9). Los cuales dijeron: No oiremos; e invitados a la cena, no quisieron venir: por eso se dice: Oíd, naciones. Lo cual siguieron también los Apóstoles, cuando hablan en Licaonia: A vosotros ciertamente convenía hablar primero la palabra de Dios: pero porque la rechazáis, y os juzgáis indignos de la vida eterna, he aquí que nos volvemos a las naciones (Hechos XIII, 46).

(Vers. 19.) He aquí que yo traeré males sobre este pueblo, el fruto de sus pensamientos (o de su aversión): porque mis palabras no oyeron, y mi ley desecharon. Llama males a los suplicios y penas de los que padecen, no sobre las naciones que son llamadas a la verdad del Evangelio, sino sobre el pueblo que respondió: No oiremos. Y va a recibir el fruto de sus pensamientos, o de su aversión, diciendo David: Los trabajos de tus manos comerás (Salmo CXXVII, 2). Y la causa es perspicua, porque no oyeron las palabras del Señor, y su ley desecharon.

(Vers. 20.) Ut quid mihi thus de Saba affertis, et calamum suave olentem de terra longinqua? Holocausta vestra non sunt accepta: et victimae vestrae mihi non placuerunt. Quod thura de Saba veniant nemo dubitat: unde et illud Virgilianum: Centumque Sabaeo Thure calent arae (Aeneid. I). Calamum autem, quod Hebraice dicitur CANE (), pro quo LXX et Theodotio cinnamum transtulerunt, de terra venire longinqua propheticus sermo testatur, ut intelligamus Indiam, de qua per mare Rubrum plura veniunt aromata. Hoc genus pigmenti medici *κασίαν σύριγγος* appellant. Et est sensus: Frustra mihi in unguenta conficienda, quae Lege praecepta sunt, suavissimi odoris pigmenta confertis, et holocausta succenditis, qui meam in Lege non facitis voluntatem, juxta quod supra dictum est: Verba mea non audierunt, et legem meam projecerunt. Hoc autem proprie convenit his, qui de rapinis et nudatione miserorum offerunt sacrificia, et eleemosynis ex iniquitate se putant redimere posse peccata, dicente Scriptura: Redemptio animae viri, propriae divitiae (Prov. XIII, 8), quae non de iniquitate, sed de labore et justitia congregantur.

(Vers. 21.) Propterea haec dicit Dominus: Ecce ego dabo in populum istum ruinas: et ruent in eis (sive infirmitatem, et infirmabuntur in ea) patres et filii simul, vicinus ac proximus, et peribunt. Impleta videmus omnia quae Dominus illi populo comminatus est: quotidie enim ruunt in blasphemiis suis, nihilque in se habent forte, sed omnis apud eos infirmitas est. Filii patrum sequuntur blasphemias; et quotidie recipiunt illam imprecationem: Sanguis ejus super nos, et super filios nostros (Matth. XXVII, 25); et non solum ipsi, sed et vicini et proximi eorum, et omnes qui Legem et Prophetas sequuntur juxta occidentem litteram, et non juxta spiritum vivificantem, et omnes pariter peribunt, quia omnes pariter peccaverunt.

(Vers. 22, 23.) Haec dicit Dominus: Ecce populus venit de terra Aquilonis, et gens magna consurget a finibus terrae. Sagittam et scutum (sive zebynnam) arripiet: crudelis est (vel impudens) et non miserebitur: vox ejus quasi mare sonabit: et super equos ascendent, praeparati quasi vir ad praelium adversum te, filia Sion. Proprie hoc de Babyloniis prophetatur, qui venturi sunt contra populum Jerusalem: et omnis armaturae ordo describitur, et impetus praeliantium, ut vocis terrore concussi, agant poenitentiam, et clementissimum placent Deum. Denique dat occasionem rogandi, dum dicit, adversum te, filia Sion. Possumus hoc testimonio abuti persecutionis tempore, quando omnis adversus nos diaboli rabies concitatur, nullaque misericordia est: et quasi vehementissimi maris fluctus, ita opprimunt resistentes.

(Vers. 20.) ¿Para qué me traéis incienso de Saba, y la caña de suave olor de tierra lejana? Vuestros holocaustos no son aceptos: y vuestras víctimas no me pluguieron. Que los inciensos vienen de Saba nadie lo duda: de donde también aquel verso virgiliano: Y cien aras se calientan con incienso sabeo (Eneida I). Pues la caña, que en hebreo se dice CANE, por la cual los LXX y Teodoción tradujeron cinamomo, el sermón profético testifica que viene de tierra lejana, para que entendamos la India, de donde por el mar Rojo vienen muchos aromas. Los médicos llaman a este género de pigmento kasian syringos (casia en caña). Y el sentido es: En vano acumuláis para la confección de ungüentos, que han sido preceptuados por la Ley, pigmentos de suavísimo olor, y encendéis holocaustos, vosotros que no hacéis mi voluntad en la Ley, según lo que se dijo arriba: Mis palabras no oyeron, y mi ley desecharon. Esto conviene propiamente a aquellos que de las rapiñas y el despojo de los miserables ofrecen sacrificios, y piensan que con limosnas de la iniquidad pueden redimir sus pecados, diciendo la Escritura: La redención de la alma del varón son sus propias riquezas (Prov. XIII, 8), las cuales se congregan no de la iniquidad, sino del trabajo y la justicia.

(Vers. 21.) Por eso dice esto el Señor: He aquí que yo daré ruinas en este pueblo: y caerán en ellas (o enfermedad, y enfermarán en ella) los padres y los hijos a la vez, el vecino y el próximo, y perecerán. Vemos cumplidas todas las cosas que el Señor conminó a aquel pueblo: pues diariamente caen en sus blasfemias, y nada fuerte tienen en sí, sino que toda la enfermedad está entre ellos. Los hijos de los padres siguen las blasfemias; y diariamente reciben aquella imprecación: Su sangre sea sobre nosotros, y sobre nuestros hijos (Mateo XXVII, 25); y no solo ellos, sino también sus vecinos y próximos, y todos los que siguen la Ley y los Profetas según la letra que mata, y no según el espíritu que vivifica, y todos perecerán por igual, porque todos pecaron por igual.

(Vers. 22, 23.) Esto dice el Señor: He aquí que un pueblo viene de la tierra del Aquilón, y una nación grande surgirá de los confines de la tierra. Tomará la saeta y el escudo (o la jabalina): es cruel (o impudente) y no tendrá misericordia: su voz sonará como el mar: y sobre caballos subirán, preparados como un varón para la batalla contra ti, hija de Sion. Propiamente esto se profetiza de los babilonios, que han de venir contra el pueblo de Jerusalén: y se describe todo el orden de la armadura, y el ímpetu de los que luchan, para que, sacudidos por el terror de la voz, hagan penitencia y aplaquen al Dios clementísimo. Finalmente da ocasión de rogar, mientras dice: contra ti, hija de Sion. Podemos usar este testimonio en tiempo de persecución, cuando toda la rabia del diablo se concita contra nosotros, y no hay ninguna misericordia: y como las olas de un mar violentísimo, así oprimen a los que resisten.

(Vers. 24.) Audivimus famam ejus: dissolutae sunt manus nostrae; tribulatio apprehendit nos, dolores quasi parturientem. Respondit populus cui Propheta, immo per Prophetam Dominus Babyloniis comminatus est: quia antequam veniant, timore superati sint, nec possint elevare manus, et angustia eos comprehenderit quasi dolor parturientem; quo dolore nihil affirmant gravius quae senserunt.

(Vers. 25.) Nolite exire ad agros, et in via ne ambuletis: quoniam gladius inimici pavor in circuitu. Docet Evangelium (Matth. XXIV) non esse exeundum in agrum, nec de tectorum altitudine descendendum, sed audiendum illud: In monte salvum te fac (Gen. XIX, 17). Ad quem in Isaia et Michaea (Isai. II, Mich. IV) jubemur currere, atque conscendere. Praecipitur autem juxta litteram, ne foras exeant, nec deserant muros, sed tueantur se firmissimis munitionibus.

(Vers. 26.) Filia populi mei, accingere cilicio, et conspergere cinere, luctum unigeniti (sive dilecti) fac tibi planctum amarum (sive miserabilem), quia repente veniet vastator (sive miseria) super nos (sive super vos). Quia supra dixerat: Nolite exire ad agros, et in via ne ambuletis: quoniam gladius inimici, pavor in circuitu; et fugam quoque prohibuerat, docet quid facere debeant, ut convertantur scilicet ad poenitentiam, et hanc firmissimam et securam habeant armaturam. Ubi nos diximus, luctum unigeniti fac tibi, pro unigenito, in Hebraico scribitur JAID (), quod magis solitarium, quam unigenitum sonat. Si enim esset dilectus, sive amabilis, ut LXX transtulerunt, IDID () poneretur, quod et Salomoni Deus nomen imposuit. Nihil autem dolentius, quam unum vel solum perdere filium (II Reg. XII). Illud quoque quod nos interpretati sumus, quia repente veniet vastator, sive miseria super nos, Septuaginta, super vos, posuerunt: cum multo Deus misericordius dixerit: ut quidquid super suum venturum est populum, super se quoque venire testetur. Vastatorem autem proprie, vel Nabuchodonosor, vel diabolum significat.

(Vers. 27 seqq.) Probatorem dedi te in populo meo robustum, et scies, et probabis viam eorum. Omnes isti principes declinantes (sive inobedientes), ambulantes fraudulenter (sive perverse). Aes et ferrum, universi corrupti sunt, defecit sufflatorium in igne (quem significantius Graeci φυσητῆρα appellant), consumptum est plumbum, frustra conflavit conflator (sive argentarius). Malitiae enim eorum non sunt consumptae: argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos. Datur propheta populo incredulo probator robustus, quod Hebraice dicitur MABSAR (), quod vel munitum, juxta Aquilam, vel clausum atque circumdatum, juxta Symmachum et LXX sonat, instar urbis firmissimae, ut nullas populi pertimescat insidias; et cum probaveris, ait, et scieris viam populi delinquentis, tunc intelligas argentum aere commixtum nulla ratione posse purgari.

(Vers. 24.) Oímos su fama: se disolvieron nuestras manos; la tribulación nos aprehendió, dolores como de parturienta. Respondió el pueblo al cual el Profeta, o más bien el Señor por el Profeta, conminó los babilonios: que antes de que vengan, están superados por el temor, ni pueden elevar las manos, y la angustia los comprendió como el dolor de la parturienta; de cuyo dolor afirman que nada de lo que han sentido es más grave.

(Vers. 25.) No salgáis a los campos, y en el camino no caminéis: porque la espada del enemigo es el pavor en derredor. Enseña el Evangelio (Mateo XXIV) que no se debe salir al campo, ni descender de la altura de los techos, sino oír aquello: Sálvate en el monte (Gén. XIX, 17). Al cual en Isaías y Miqueas (Is. II, Miq. IV) se nos manda correr y ascender. Se preceptúa, pues, según la letra, que no salgan fuera, ni desampararen los muros, sino que se protejan con firmísimas municiones.

(Vers. 26.) Hija de mi pueblo, cíñete de cilicio, y esparce sobre ti ceniza, hazte luto de unigénito (o de amado), un llanto amargo (o miserable), porque de repente vendrá el vastador (o la miseria) sobre nosotros (o sobre vosotros). Porque arriba había dicho: No salgáis a los campos y en el camino no caminéis: porque la espada del enemigo es el pavor en derredor; y también había prohibido la huida, enseña qué deben hacer, a saber, que se conviertan a la penitencia, y tengan esta firmísima y segura armadura. Donde nosotros dijimos: hazte luto de unigénito, por unigénito, en el hebreo se escribe JAID, que suena más a solitario que a unigénito. Pues si fuera amado, o amable, como tradujeron los LXX, se pondría IDID, nombre que también Dios impuso a Salomón. Nada hay, pues, más doloroso que perder a uno o a un solo hijo (II Sam. XII). Aquélllo también que nosotros interpretamos: porque de repente vendrá el vastador, o la miseria sobre nosotros, los Setenta pusieron: sobre vosotros; habiendo Dios hablado con mucha más misericordia: para que cualquier cosa que haya de venir sobre su pueblo, testifique que viene también sobre sí mismo. El vastador, además, significa propiamente, o bien a Nabucodonosor, o bien al diablo.

(Vers. 27 y sigs.) Probador robusto te he dado en mi pueblo, y sabrás, y probarás el camino de ellos. Todos estos son príncipes que se desvían (o desobedientes), que caminan fraudulentamente (o perversamente). Bronce y hierro, todos están corrompidos, falló el fuelle en el fuego (al que más significativamente los griegos llaman physeter), se ha consumido el plomo, en vano fundió el fundidor (o el platero). Pues sus malicias no se han consumido: llamadlos plata réproba, porque el Señor los desechó. Se da el profeta al pueblo incrédulo como probador robusto, lo que en hebreo se dice MABSAR, que suena o bien a fortificado, según Aquila, o bien a cerrado y rodeado, según Símaco y los LXX, a semejanza de una ciudad firmísima, para que no tema ninguna insidia del pueblo; y cuando hayas probado, dice, y hayas conocido el camino del pueblo delincuente, entonces entiendas que la plata mezclada con bronce por ninguna razón puede ser purificada.

Quomodo enim plumbum miscetur metallis, quae adulterata sunt atque violata, ut materia separetur aliena, et si forsitan purgata non fuerit, plumbum omne consumitur, et in nihilum redigitur: ita omne eloquium doctrinarum, et sermo propheticus perit in his qui audire contemnunt (Psal. LVII). Dicamus et super his, qui sicut aspides surdae obturant aures suas, ne audiant voces incantantium. Frustra enim conflavit argentarius sive conflator: malitiae enim eorum non sunt consumptae. Unde nequaquam argentum, sed argentum reprobum sunt vocati: quia Dominus abjecit eos. Principes autem sunt a Domino recedentes, sive inobedientes, qui perverse ambulant et fraudulenter.

(Cap. VII.---Vers. 1, 2.) Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens: Sta in porta domus Domini, et praedica (vel lege) ibi verbum istud, et dic: Audite verbum Domini omnis Juda, qui ingredimini per portas has, ut adoretis Dominum. Hoc in editione LXX non habetur, sed de Theodotione ex Hebraico additum est. Imperatur autem Prophetae, ut stet in porta Domini, per quam ad adorandum Dominum ingreditur populi multitudo: ut per hanc occasionem possint audire quae Dominus praecipit. Per quod intelligimus duritiam populi Judaeorum, quia quasi mendaces atque vesanos habuerint Prophetas, dum per occasionem et celebritatem loci audire cogunt verba Domini; et non propter hoc, quod verba sint Domini.

(Vers. 3.) Haec dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Bonas facite (sive dirigite) vias vestras et studia vestra (sive adinventiones vestras), et habitabo vobiscum in loco isto (sive habitare vos faciam in loco isto). Loquitur Deus Israel ad eos qui in captivitatem erant ducendi, ut de studiis pessimis et perversissimis adinventionibus converterentur ad veri Dei cultum: polliceturque si fuerint emendati, vel se habitaturum cum eis, vel certe habitare eos facturum in eodem loco in quo erant. Nam et Templum habitaculum Dei dicitur, et domus Domini. Studia autem et adinventiones, varii Judaeorum errores sunt, quos ad colenda diversa idola excogitaverant.

(Vers. 4 seqq.) Nolite confidere in verbis mendacibus [Al. mendacii], dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. quoniam si benedixeritis (sive direxeritis) vias vestras et studia vestra: si feceritis judicium inter virum et proximum suum [Al. ejus]: advenae, et pupillo, et viduae non feceritis calumniam (sive non oppresseritis eos) nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc: et post deos alienos non ambulaveritis in malum vobismetipsis; habitabo vobiscum (sive habitare vos faciam) in isto loco, in terra quam dedi patribus vestris a saeculo usque in saeculum.

Pues como el plomo se mezcla con los metales que han sido adulterados y violados, para que se separe la materia ajena, y si por ventura no fuere purificada, todo el plomo se consume y se reduce a nada: así toda elocuencia de doctrinas y el sermón profético perece en aquellos que desprecian oír (Salmo LVII). Digamos también esto sobre aquellos que, como áspides sordas, cierran sus oídos para no oír las voces de los que encantan. Pues en vano fundió el platero o el fundidor; pues las malicias de ellos no se han consumido. Por lo cual de ninguna manera plata, sino plata réproba han sido llamados: porque el Señor los desechó. Los príncipes, además, son los que se apartan del Señor, o los desobedientes, que caminan perversamente y fraudulentamente.

(Cap. VII. — Vers. 1, 2.) La palabra que fue hecha a Jeremías de parte del Señor, diciendo: Ponte en la puerta de la casa del Señor, y predica (o lee) allí esta palabra, y di: Oíd la palabra del Señor todo Judá, los que entráis por estas puertas para adorar al Señor. Esto no se tiene en la edición de los LXX, sino que fue añadido de Teodoción desde el hebreo. Se manda, además, al Profeta que se ponga en la puerta del Señor, por la cual entra la multitud del pueblo para adorar al Señor: para que por esta ocasión puedan oír lo que el Señor preceptúa. Por lo cual entendemos la dureza del pueblo de los judíos, porque como mentirosos y vesanos tenían a los Profetas, hasta que por la ocasión y celebridad del lugar los obligan a oír las palabras del Señor; y no por esto, de que son palabras del Señor.

(Vers. 3.) Esto dice el Señor de los ejércitos, el Dios de Israel: Haced buenas (o dirigid) vuestras vías y vuestros estudios (o vuestras invenciones), y habitaré con vosotros en este lugar (o os haré habitar en este lugar). Habla el Dios de Israel a los que habían de ser llevados a la cautividad, para que de sus peores estudios y de sus más perversas invenciones se convirtieran a adorar al verdadero Dios: y promete que si fueren corregidos, o bien él habitaría con ellos, o ciertamente los haría habitar en el mismo lugar donde estaban. Pues también el Templo es llamado habitación de Dios y casa del Señor. Los estudios, además, y las invenciones son los diversos errores de los judíos, que para adorar diversos ídolos habían inventado.

(Vers. 4 y sigs.) No queráis confiar en palabras mentirosas (o de mentira), diciendo: Templo del Señor, templo del Señor, templo del Señor es. porque si hiciereis buenas (o dirigiereis) vuestras vías y vuestros estudios: si hiciereis juicio entre el varón y su próximo (o el próximo de él): al advenedizo, y al huérfano, y a la viuda no hiciereis calumnia (o no los oprimiereis) ni derramareis sangre inocente en este lugar: y tras dioses ajenos no caminareis para mal de vosotros mismos; habitaré con vosotros (o os haré habitar) en este lugar, en la tierra que di a vuestros padres desde el siglo hasta el siglo.

Hoc quod Septuaginta in hujus capituli addidere principio: In verbis mendacii, quae vobis omnino non proderunt, in Hebraico non habetur. Praecepit autem et tunc populo Judaeorum, et hodie nobis qui videmur in Ecclesia constituti, ne fiduciam habeamus in aedificiorum splendore, auratisque laquearibus, et vestitis parietibus marmorum crustis. Et dicamus: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Illud enim templum Domini est, in quo habitat vera fides, sancta conversatio, omniumque virtutum chorus. Denique infert: Si rectas feceritis vias vestras, et cogitatio vestra non abierit post errorem, et secuti fueritis justitiam, et malum non feceritis, neque effuderitis sanguinem innocentem, simplices quosque non scandalizantes. et post deos alienos non ambulaveritis, perversa adorantes dogmata, quae de vestro corde simulastis in malum vobismetipsis: vel habitabo vobiscum in loco isto, quem vocatis Templum Dei, et in terra quam dedi patribus vestris, Apostolis scilicet et Apostolicis viris: vel certe firma statione habitare vos faciam a principio usque ad finem. Potest hoc et illis virginibus convenire, quae jactant pudicitiam, et impudenti vultu praeferunt castitatem, cum aliud habeat conscientia, et nesciunt illam definitionem Apostoli virginalem: Ut sit sancta corpore et spiritu. Quid enim prodest corporis pudicitia animo constuprato, si caeteras virtutes quas propheticus sermo descripsit, non habuerit?

(Vers. 8 seqq.) Ecce vos confiditis vobis in verbis mendacii (sive mendacibus) quae [Vulg. sermonibus qui] non proderunt vobis. Furari, occidere, adulterare, jurare mendaciter, libare Baalim, et ire post deos alienos quos ignoratis. Et venistis, et stetistis coram me in domo hac, in qua invocatum est nomen meum, et dixistis: Liberati sumus (sive desivimus): eo quod fecerimus omnes abominationes istas. Frustra eos in templo habere fiduciam, sequentia peccata demonstrant. Quid enim prodest audacter ingredi limen domus Dei, erecta stare cervice: et non solum cor, sed et manus habere pollutas, furto, homicidio, adulterio, perjurio, sacrilegio, et cultu eorum deorum quos nescias? Haec spiritualiter accidere in Ecclesia nemo dubitat, quando praesentis temporis considerantes felicitatem, sua peccata non reputant: et latere arbitrantur Deum, quia non statim vindicta consequitur; quin potius in tantam prorumpunt amentiam, ut liberatos se putent, quia post mala opera etiam a cultu Domini recesserunt.

Esto que los Setenta añadieron en el principio de este capítulo: En palabras de mentira, que en absoluto os aprovecharán, no se tiene en el hebreo. Preceptúa, pues, tanto entonces al pueblo de los judíos, como hoy a nosotros que parecemos estar constituidos en la Iglesia, que no tengamos confianza en el esplendor de los edificios, y en los techos artesonados dorados, y en las paredes revestidas con láminas de mármol. Y digamos: Templo del Señor, templo del Señor, templo del Señor es. Pues aquel es el templo del Señor, en el cual habita la verdadera fe, la santa conversación y el coro de todas las virtudes. Finalmente infiere: Si hiciereis rectas vuestras vías, y vuestro pensamiento no se hubiere ido tras el error, y hubiereis seguido la justicia, y no hubiereis hecho el mal, ni derramado sangre inocente, no escandalizando a los sencillos. y tras dioses ajenos no hubiereis caminado, adorando dogmas perversos, que de vuestro corazón simulasteis para mal de vosotros mismos: o bien habitaré con vosotros en este lugar, al que llamáis Templo de Dios, y en la tierra que di a vuestros padres, a los Apóstoles a saber y a los varones Apostólicos: o ciertamente con firma estancia os haré habitar desde el principio hasta el fin. Puede esto convenir también a aquellas vírgenes, que alardean de pudicicia, y con rostro impúdico anteponen la castidad, cuando la conciencia tiene otra cosa, y no saben aquella definición apostólica virginal: Para que sea santa en el cuerpo y en el espíritu (I Cor. VII, 34). ¿Qué aprovecha la pudicicia del cuerpo con el ánimo mancillado, si las demás virtudes que el sermón profético describió no las hubiere tenido?

(Vers. 8 y sigs.) He aquí que vosotros confiáis para vosotros en palabras de mentira (o mentirosas) las cuales (o sermones que) no os aprovecharán. Robar, matar, adulterar, jurar mentirosamente, libar a los Baales, e ir tras dioses ajenos que ignoráis. Y vinisteis, y estuvisteis ante mí en esta casa, en la cual ha sido invocado mi nombre, y dijisteis: Hemos sido librados (o hemos cesado): por el hecho de haber hecho todas estas abominaciones. Que en vano tienen confianza en el templo, lo demuestran los pecados subsiguientes. Pues ¿qué aprovecha entrar audazmente en el umbral de la casa de Dios, estar de pie con el cuello erguido: y no solo el corazón, sino también las manos tener polutas, con el hurto, el homicidio, el adulterio, el perjurio, el sacrilegio y el culto de aquellos dioses que ignores? Que esto sucede espiritualmente en la Iglesia nadie lo duda, cuando considerando la felicidad del tiempo presente, no computan sus propios pecados: y piensan que Dios está oculto, porque no sigue inmediatamente la venganza; antes bien prorrumpen en tanta demencia, que se piensan librados, porque tras las malas obras también se apartaron del culto del Señor.

(Vers. 11.) Numquid [Vulg. Ergo] spelunca latronum facta est domus ista (sive mea), in qua invocatum est nomen meum in oculis vestris? Ego, ego sum: ego vidi, dicit Dominus. De hoc loco in Evangelio assumptum puto: Scriptum est: Domus Patris mei, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum (Matth. XXI, 13); sive, ut in alio Evangelio scriptum est, domum negotiationis (Joan. II, 16). Ecclesia Dei vertitur in speluncam latronum, quando furta, homicidia, adulteria, sacrilegia, perjuria, haereseos adinventio, et omnia in ea scelera versantur: quando avaritiae facibus principes inardescunt, et regum quondam opes, vile aut certe non vile palliolum possidet. Unde infert: Ego, ego sum, ego vidi, dicit Dominus. Oculi mei contemplati sunt, quod vos putatis occultum: tenebrae thesaurorum meam non fugiunt conscientiam. Qui cum dives esset, pauper pro nobis factus est, nunc in nostris divitiis erubescit (I Cor. VIII), et dicit: Vae vobis divitibus, qui habetis consolationem vestram (Luc. VI).

(Vers. 12.) Ite ad locum meum in Silo, ubi habitavit nomen meum a principio, et videte quae fecerim ei propter malitiam populi mei Israel. Ex praeteritis docet praesentia: et dicentibus: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est, et pretiosae domus 893 fulgore gaudentibus, Silo ubi primum fuit tabernaculum Dei, recordatur historiae, de qua in psalmo scriptum est: Et repulit tabernaculum Silo (Ps. LXXVII, 60). Ut quomodo ille locus in ruinas cineresque collapsus est, ita et Templum corruat, cum similium habitatio fuerit peccatorum. Sicut igitur Silo Templi exemplum est, ita Templum nobis, quando tempus advenerit illius testimonii: Putas, veniens Filius hominis inveniet fidem super terram (Luc. XVIII, 8)?

(Vers. 13 seqq.) Et nunc quia fecistis omnia opera haec, dicit Dominus: et locutus sum ad vos mane consurgens et loquens, et non audistis: et vocavi vos, et non respondistis: faciam domui huic, in qua invocatum est nomen meum, et in qua vos habetis fiduciam, et loco quem dedi vobis et patribus vestris, sicut feci Silo: et projiciam vos a facie mea, sicut projeci omnes fratres vestros universum semen Ephraim [Al. Israel]. Hoc quod posuimus, mane consurgens et loquens, in Septuaginta non habetur. Mane autem consurgit Deus: non quo aliquod ei tempus absque diluculo sit; sed quo post noctis quietem viribus corporis instauratis anima hominum vegetior sit, et nequaquam voluptatibus occupata, cibique desiderio, audire et facere valeat quae dicuntur. Unde et illud in psalmo legimus: Mane exaudies vocem meam: mane astabo tibi et videbo (Psal. V, 4, 5). Et in Isaia: De nocte, sive diluculo consurget spiritus meus ad te, Deus: quoniam lux praecepta tua super terram (Isai. XXVI).

(Vers. 11.) ¿Acaso se ha convertido esta casa (o mi casa), en la cual ha sido invocado mi nombre, en una cueva de ladrones ante vuestros ojos? Yo, yo soy: yo he visto, dice el Señor. Pienso que este lugar ha sido tomado en el Evangelio: Escrito está: La casa de mi Padre, casa de oración será llamada: pero vosotros la habéis hecho cueva de ladrones (Mateo XXI, 13); o, como está escrito en otro Evangelio, casa de comercio (Juan II, 16). La Iglesia de Dios se convierte en cueva de ladrones, cuando en ella se cometen hurtos, homicidios, adulterios, sacrilegios, perjurios, la invención de la herejía y todos los crímenes: cuando con las teas de la avaricia los príncipes se encienden, y las riquezas de los que antes fueron reyes, las posee un vil o ciertamente no vil palio. De donde infiere: Yo, yo soy, yo he visto, dice el Señor. Mis ojos han contemplado lo que vosotros pensáis oculto: las tinieblas de los tesoros no huyen de mi conciencia. El que, siendo rico, se hizo pobre por nosotros, ahora se avergüenza en nuestras riquezas (II Cor. VIII), y dice: ¡Ay de vosotros, ricos, que tenéis vuestra consolación! (Lucas VI).

(Vers. 12.) Id a mi lugar en Silo, donde habitó mi nombre desde el principio, y ved qué le hice por la malicia de mi pueblo Israel. Por las cosas pasadas enseña las presentes: y a los que dicen: Templo del Señor, templo del Señor, templo del Señor es, y se gozan por el fulgor de la casa preciosa, les recuerda la historia de Silo, donde primero estuvo el tabernáculo de Dios, sobre la cual está escrito en el salmo: Y desechó el tabernáculo de Silo (Salmo LXXVII, 60). Para que del mismo modo que aquel lugar colapsó en ruinas y cenizas, así también el Templo caiga, cuando hubiere sido habitación de pecadores semejantes. Como, pues, Silo es ejemplo del Templo, así el Templo lo es para nosotros, cuando llegare el tiempo de aquel testimonio: ¿Piensas que, viniendo el Hijo del hombre, hallará fe sobre la tierra? (Lucas XVIII, 8).

(Vers. 13 y sigs.) Y ahora, porque habéis hecho todas estas obras, dice el Señor: y os he hablado levantándome temprano y hablando, y no oísteis: y os llamé, y no respondistis: haré a esta casa, en la cual ha sido invocado mi nombre, y en la cual vosotros tenéis confianza, y al lugar que os di a vosotros y a vuestros padres, como hice a Silo: y os arrojaré de mi presencia, como arrojé a todos vuestros hermanos a toda la simiente de Efraín (o Israel). Esto que hemos puesto, levantándome temprano y hablando, no se tiene en los Setenta. Dios, además, se levanta temprano: no porque haya para Él algún tiempo sin el amanecer; sino porque tras el quietud de la noche, instauradas las fuerzas del cuerpo, el alma de los hombres sea más vigorosa, y de ninguna manera ocupada por los placeres y por el deseo de la comida, pueda oír y hacer lo que se dice. De donde también leemos aquello en el salmo: Temprano oirás mi voz: temprano estaré ante ti y veré (Salmo V, 4, 5). Y en Isaías: De noche (o temprano) se levantará mi espíritu hacia ti, Dios: porque tus preceptos son luz sobre la tierra (Isaías XXVI).

Unde et filios lucis Paulus apostolus appellat (Ephes. V), et non noctis neque tenebrarum, nec dormientes, sicut et caeteri dormiunt, qui Dei mandata non sentiunt. Quia igitur Deus vocavit eos, de nocte consurgens, ut et eos de tenebris liberaret, comminatur eis similia se esse facturum Templo in Hierosolymis, quae fecit loco Silo, ubi primum fuit tabernaculum: ut peccata similia pari sententia feriantur. Et quomodo projecit Dominus semen Ephraim, id est, decem tribus quae vocabantur Israel, et habebant principes propter Jeroboam filium Nabath de tribu Ephraim, quae eadem appellabatur tribus Joseph; sic etiam Jerusalem et tribum Juda cum Benjamin se abjecturum esse testatur. Abjecit igitur Silo, abjecturus et Templum: abjecit decem tribus, abjecturus et duas. Quidquid illi populo dicitur, intelligamus et de nobis, si similia fecerimus.

(Vers. 16.) Tu ergo noli orare pro populo hoc: nec assumas pro eis laudem et orationem (sive nec roges, ut misericordiam consequatur). Et non obsistas mihi: quia non exaudiam te. Ne videatur rogans Propheta non impetrare quod postulat, praevenit orationem ejus Dominus, et dicit: Noli orare pro populo isto, indigni enim sunt oratione tua: nec assumas pro eis laudem et orationem. Eis enim qui non exaudiuntur cum precantur, melius est non orare, ne repulsam sentiant postulantio. Quod autem dicit: Et non obsistas mihi, ostendit sanctorum orationem irae Dei resistere, et quasi ligare manum ejus, ne facere compellatur quod minatur. Denique stetit Phinees et placavit (sive placavit), et cessavit quassatio (Psal. CV, 30). Et Aaron stans inter vivos et mortuos, imminentem averterat iram (Num. XVI). Sed hoc Jeremiae dicitur de populo qui mensuram impleverat peccatorum, nec poterat jam oratione Prophetae salvari.

(Vers. 17 seqq.) Nonne vides quid isti faciant in civitatibus Juda, et in plateis Jerusalem? Filii colligunt ligna, et patres succendunt ignem, et mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas Reginae coeli (sive militiae coeli): et libent diis alienis, et me ad iracundiam provocent. Causam praebet cur dixerat: Noli orare pro populo isto. Nonne vides, inquit, commune et publicum eorum esse peccatum? Omnes enim aetates et uterque sexus ad colenda idola pariter laborant. Filii colligunt ligna, patres succendunt ignem, mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas Reginae coeli. Quidam Reginam coeli, Lunam interpretantur, alii stellarum exercitum, quia in Hebraico scribitur MELECHETH (), quod et reginam, et opus (sive ministerium) significat. Unde et Septuaginta transtulerunt: militiae coeli. Quodque ait: ut me ad iracundiam provocent, sic intelligendum est, quasi diceret: non ob hanc causam deos colunt alienos, quod putent esse deos, sed ut me ad iracundiam provocent.

De donde también hijos de la luz los llama el apóstol Pablo (Efesios V), y no de la noche ni de las tinieblas, ni durmientes, como también los demás duermen, que no sienten los mandatos de Dios. Porque, pues, Dios los llamó, levantándose de noche, para librarlos también de las tinieblas, les conmina que hará cosas similares al Templo en Jerusalén, que hizo al lugar de Silo, donde primero estuvo el tabernáculo: para que pecados similares sean heridos con igual sentencia. Y del mismo modo que arrojó el Señor la simiente de Efraín, esto es, las diez tribus que se llamaban Israel, y tenían príncipes por causa de Jeroboam hijo de Nabat de la tribu de Efraín, la cual misma se llamaba tribu de José; así también testifica que ha de arrojar a Jerusalén y a la tribu de Judá con Benjamín. Desechó, pues, a Silo, habiendo de desechar también el Templo: desechó a diez tribus, habiendo de desechar también a dos. Cualquier cosa que se diga a aquel pueblo, entendámosla también sobre nosotros, si hiciéremos cosas similares.

(Vers. 16.) Tú, pues, no quieras orar por este pueblo: ni asumas por ellos alabanza y oración (o ni ruegues, para que consiga misericordia). Y no te me opongas: porque no te oiré. Para que el Profeta que ruega no parezca no alcanzar lo que pide, el Señor previene su oración, y dice: No ores por este pueblo, pues son indignos de tu oración: ni asumas por ellos alabanza y oración. Pues para aquellos que no son oídos cuando oran, es mejor que no oren, para que no sientan el rechazo del que pide. Pero eso que dice: Y no te me opongas, muestra que la oración de los santos se opone a la ira de Dios, y como si ligara su mano, para que no sea obligado a hacer lo que conmina. Finalmente, se puso en pie Finees y aplacó (o aplacó), y cesó la mortandad (Salmo CV, 30). Y Aarón, estando entre los vivos y los muertos, apartó la ira que venía (Números XVI). Pero esto se dice a Jeremías sobre un pueblo que había completado la medida de sus pecados, y ya no podía ser salvado por la oración del Profeta.

(Vers. 17 y sigs.) ¿Acaso no ves qué hacen en las ciudades de Judá, y en las plazas de Jerusalén? Los hijos recogen leña, y los padres encienden el fuego, y las mujeres amasan la harina, para hacer tortas a la Reina del cielo (o al ejército del cielo): y para libar a dioses ajenos, y para provocarme a ira. Da la causa por la que había dicho: No ores por este pueblo. ¿Acaso no ves, dice, el pecado común y público de ellos? Pues todas las edades y ambos sexos trabajan a la vez para adorar a los ídolos. Los hijos recogen leña, los padres encienden el fuego, las mujeres amasan la harina, para hacer tortas a la Reina del cielo. Unos interpretan la Reina del cielo como la Luna, otros como el ejército de las estrellas, porque en hebreo se escribe MELECHETH, que significa tanto reina como obra (o ministerio). De donde también los Setenta tradujeron: al ejército del cielo. Y eso que dice: para provocarme a ira, debe entenderse como si dijera: no adoran a dioses ajenos por esta razón, porque piensen que son dioses, sino para provocarme a ira.

(Vers. 19.) Numquid me ad iracundiam provocant, dicit Dominus? nonne semetipsos in confusionem vultus sui? Numquid, inquit, me putant in idolis suis laedere? Deus enim nec ullis laeditur peccatis, nec ullis virtutibus augetur. Nostrum enim sive bonum sive malum, nostrum est, non Dei. Quocirca dum me putant ad iracundiam provocare, se potius in confusionem provocant vultus sui, dum recipiunt operum suorum mercedem.

(Vers. 20.) Propterea haec dicit Dominus: Ecce furor meus et indignatio mea conflatur (sive stillat) super locum istum, super homines, et super jumenta, et super lignum regionis, et super fruges terrae: et succendetur, et non exstinguetur. Quod nos interpretati sumus conflatur, alii transtulerunt stillat. Et est sensus: Sicut stillicidium aquae, si frequenter ceciderit super petram, aut excavat eam aut liquefacit: sic furor meus, quamvis in principio parvus esse videatur, tamen perseverantia sua habitatores Jerusalem consumet. Comparatur enim stillae, quae licet parva sit, tamen pars est futurae inundationis. Quod autem dicit super jumenta, et super lignum regionis, et super fruges terrae, ostendit quod cum Deus iratus fuerit, et homines, et ea quae hominum sunt, similem interitum sentient. Et succendetur, inquit, haud dubium quin furor Domini, et non exstinguetur: quia non agit populus, per quae possit exstingui.

(Vers. 21 seqq.) Haec dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, et comedite carnes. Quia non sum locutus cum patribus vestris: et non praecepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustomatum et victimarum. Sed hoc verbum praecepi eis, dicens: Audite vocem meam, et ero vobis in Deum, et vos eritis mihi in populum: et ambulate in omni via quam mandavi vobis, ut bene sit vobis. His qui, cum omnibus essent facinoribus dediti, sacrificia tamen offerebant, dicit: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, et comedite carnes: non enim curo sacrificia vestra, quae non ad meum cultum, sed ad vestram luxuriem defertis. Quod autem ait: Non sum locutus eis de verbo holocaustomatum et victimarum, sic intelligendum est: quod in primo decalogo quem in monte locutus est Dominus, et in duabus tabulis lapideis scripsit, nulla mentio sit victimarum atque sacrificiorum. Postquam enim fecerant vitulum aureum, tunc addidit Dominus sacrificiorum Legem, ut de idolorum cultibus ad suum cultum eos revocaret. Magis ergo requirit Dominus auditum vocis suae et observationem praeceptorum suorum, quam victimarum multitudinem.

(Vers. 19.) ¿Acaso a mí me provocan a ira, dice el Señor? ¿No a sí mismos para la confusión de su rostro? ¿Acaso piensan, dice, que me dañan con sus ídolos? Pues Dios ni es dañado por ningún pecado, ni es aumentado por ninguna virtud. Pues nuestro bien o mal es nuestro, no de Dios. Por lo tanto, mientras piensan que me provocan a ira, más bien se provocan a sí mismos para la confusión de su propio rostro, mientras reciben la recompensa de sus obras.

(Vers. 20.) Por eso así dice el Señor: He aquí que mi furor y mi indignación se funde (o gotea) sobre este lugar, sobre los hombres, y sobre las bestias, y sobre la madera de la región, y sobre los frutos de la tierra: y se encenderá, y no se extinguirá. Lo que nosotros tradujimos como se funde, otros tradujeron como gotea. Y el sentido es: Así como la gota de agua, si cayere frecuentemente sobre la piedra, o bien la cava o la funde: así mi furor, aunque al principio parezca pequeño, sin embargo por su perseverancia consumirá a los habitantes de Jerusalén. Pues se compara con una gota (stilla) que, aunque sea pequeña, sin embargo es parte de una futura inundación. Pero eso que dice sobre las bestias, y sobre la madera de la región, y sobre los frutos de la tierra, muestra que cuando Dios se irritare, tanto los hombres como las cosas que son de los hombres sentirán una ruina similar. Y se encenderá, dice, sin duda que el furor del Señor, y no se extinguirá: porque el pueblo no hace las cosas por las cuales pueda extinguirse.

(Vers. 21 y sigs.) Esto dice el Señor de los ejércitos, el Dios de Israel: Añadid vuestros holocaustos a vuestras víctimas, y comed las carnes. Porque no hablé con vuestros padres: y no les mandé en el día en que los saqué de la tierra de Egipto, sobre la palabra de los holocaustos y de las víctimas. Sino que esta palabra les mandé, diciendo: Oíd mi voz, y yo seré para vosotros por Dios, y vosotros seréis para mí por pueblo: y caminad en toda la vía que os he mandado, para que os vaya bien. A aquellos que, estando entregados a todos los crímenes, sin embargo ofrecían sacrificios, les dice: Añadid vuestros holocaustos a vuestras víctimas, y comed las carnes: pues no me cuido de vuestros sacrificios, los cuales no ofrecéis para mi culto, sino para vuestro lujo. Pero eso que dice: No les mandé sobre la palabra de los holocaustos y de las víctimas, debe entenderse de esta manera: que en el primer decálogo que el Señor habló en el monte, y escribió en las dos tablas de piedra, ninguna mención hay de víctimas y sacrificios. Pues después de que hubieron hecho el becerro de oro, entonces añadió el Señor la Ley de los sacrificios, para que de los cultos de los ídolos los revocara a su culto. Por lo tanto, más requiere el Señor el oído de su voz y la observación de sus preceptos, que la multitud de las víctimas.

(Vers. 24, 25.) Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam: sed ambulaverunt in voluntatibus suis, et in pravitate cordis sui mali: factique sunt retrorsum et non in ante, a die qua egressi sunt patres eorum de terra Aegypti usque ad diem hanc. Exprobrat populo antiquam et inolitam malitiam: quod nunquam vocem Domini audire voluerint, sed sua prava sequuti sint cogitamenta. Factique sunt retrorsum et non in ante: hoc est, semper in pejus iverunt, et nunquam ad meliora. Retrorsum enim dicitur ire, qui ad peccata quae dimiserat, revertitur: in ante autem, qui semper in virtutibus facit profectum.

(Vers. 26.) Et misi ad vos omnes servos meos prophetas per diem, de luce consurgens et mittens: et non audierunt me, nec inclinaverunt aurem suam: sed induraverunt cervicem suam, et pejus operati sunt quam patres eorum. Licet omnes ad eos prophetas miserim, tamen non sunt emendati: sed et patrum malitiam superaverunt, indurantes cervicem suam, ne audirent verba Domini.

(Vers. 27, 28.) Et loqueris ad eos omnia verba haec, et non audient te: et vocabis eos, et non respondebunt tibi. Et dices ad eos: Haec est gens quae non audivit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: periit fides, et ablata est de ore eorum. Praemonetur Propheta laborem suum inanem fore quantum ad emendationem populi, quia verba ejus non audient. Praecipiturque ut eis dicat: Haec est gens quae non audivit vocem Domini. Quod proprie completur in Christo, quando noluerunt recipere disciplinam, et vocem sui Domini contempserunt. Unde eleganter infertur: Periit fides, quae proprie Christianorum est; et ablata est de ore eorum: omnis videlicet Filii Dei, fideique confessio.

(Vers. 29.) Tonde capillum tuum, et projice, et sume in directum (sive super labîa) planctum: quia projecit Dominus, et reliquit generationem furoris sui. Et Job, audita filiorum et filiarum morte, capillos legimus totondisse (Job. I): et apud Veteres haec erat omnium consuetudo lugentium tondere caesariem. At nunc e contrario comam demittere, luctus indicium est. Omnis autem planctus et Lamentatio prophetalis idcirco assumitur: quia projecit Dominus, et reliquit generationem furoris sui. Haud dubium quin populum significet Judaeorum. Et proprie hoc ad Christi tempora referendum, quando perit fides, et ablata est de ore populi Dominum blansphemantis.

(Vers. 30, 31.) Quia fecerunt filii Juda malum in conspectu meo [Vulg. oculis meis], dicit Dominus: posuerunt offendicula sua in domo, in qua invocatum est nomen meum, ut polluerent eam. Et aedificaverunt excelsa (sive aram) Topheth, quae est in valle filii Ennom, ut incenderent filios suos, et filias suas igne: quae non praecepi, nec cogitavi in corde meo. Quod in Templo Dei filii Juda statuam Baal posuerint, in Ezechielis principio discimus.

(Vers. 24, 25.) Y no oyeron, ni inclinaron su oído: sino que caminaron en sus voluntades, y en la perversidad de su corazón malo: y se hicieron hacia atrás y no hacia adelante, desde el día en que sus padres salieron de la tierra de Egipto hasta este día. Reprocha al pueblo su antigua y arraigada malicia: que nunca quisieron oír la voz del Señor, sino que siguieron sus propios y perversos pensamientos. Y se hicieron hacia atrás y no hacia adelante: esto es, siempre fueron hacia lo peor, y nunca hacia lo mejor. Pues se dice que va hacia atrás el que vuelve a los pecados que había dejado: pero hacia adelante el que siempre hace progresos en las virtudes.

(Vers. 26.) Y envié a vosotros a todos mis siervos los profetas por el día, levantándome temprano y enviando: y no me oyeron, ni inclinaron su oído: sino que endurecieron su cerviz, e hicieron peor que sus padres. Aunque les envié a todos los profetas, sin embargo no se corrigieron: sino que incluso superaron la malicia de sus padres, endureciendo su cerviz, para no oír las palabras del Señor.

(Vers. 11, 12.) Y lloró sobre mí: con desolación desolada está toda la tierra, porque no hay nadie que lo considere en su corazón. Sobre todas las vías del desierto vinieron los vastadores, porque la espada del Señor devoró desde el extremo de la tierra hasta el extremo de ella: no hay paz para toda carne. LXX: Por eso con disipación disipada ha sido la tierra, y lo demás. Esto que pusimos, "y lloró sobre mí", según el hebreo se acopla al versículo anterior, para que sea el sentido: "La pusieron en disipación", esto es, a mi heredad: "Y lloró sobre mí", destituida de mi auxilio.

Juxta LXX vero loquitur Deus, quod propter illum terra sit dissipata et redacta in solitudinem, quia nullus sit qui corde recogitet, nec ulla pax universae carni. Neque enim pacem Dei potest recipere. Sapientia enim carnis 929 inimica est Deo; et qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Porro juxta Hebraicum, ideo Judaea omnis est desolata, quia nullus est, qui corde recogitet Deum, nec residuus, qui possit evadere. Per omnes enim vias solitudinis venerunt vastatores, id est, hostilis exercitus, et gladius Domini devoravit a termino usque ad terminum; nec requies ulla fuit de urbe fugientibus. Unde dicitur: Non est pax universae carni.

(Vers. 13.) Seminaverunt triticum, et spinas messuerunt: haereditatem acceperunt, et non eis proderit. LXX: Seminastis triticum, et spinas messuistis: cleri eorum non proderunt eis. Meliora, inquit, exspectaverunt, et venerunt pessima: sperabant prospera, et adversa perpessi sunt: acceperunt a Domino rerum omnium abundantiam, quae eis non proderit. Juxta Septuaginta vero, omnes haeretici quasi triticum seminant, et spinas metunt, exspectante Domino, ut facerent fructum, et non fecerunt judicium, sed clamorem. Dicitur autem hoc et Ecclesiasticis, qui verba Domini, et doctrinam ejus mala conversatione disperdunt. De quibus infertur: Cleri eorum non proderunt eis. Quid enim eos juvare poterit episcopi nomen et presbyteri, vel reliquus ordo Ecclesiasticus, cum magis graventur dignitatibus suis, et potentes potenter tormenta patiantur; et quando eis plus creditum fuerit, tanto plus requiratur ab eis (Sap. VI).

(Vers. 14, 15.) Confundemini a fructibus (sive a gloriatione vestra (propter iram furoris Domini (sive ab opprobrio in conspectu Domini). Haec dicit Dominus adversum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt haereditatem quam distribui populo meo Israel: Ecce ego evellam eos de terra sua et domum Juda evellam (sive ejiciam) de medio eorum. Et cum evulsero eos, convertar (sive revertar) et miserebor eorum, et reducam eos (sive habitare faciam) virum in haereditate sua, et virum in terra sua. Dicitur ad eos, quibus cleri sui et Ecclesiasticus ordo non proderit, ut confundantur a gloriatione sua et ab opprobrio coram Domino. Quodque infert: adversum omnes vicinos meos pessimos, juxta litteram, vicini Terrae sanctae Idumaei sunt, Philisthiim, Moab, et Ammon: Juxta tropologiam vero, omnes haeretici, qui sub nomine Christi censentur, et vicini magis sunt, quam habitatores Terrae sanctae, qui tangunt haereditatem Dei, et devastant eam: diciturque de eis quod auferantur de medio terrae; et domus Juda tollatur de medio eorum. Qui 930 cum evulsi fuerint, et de haereticorum faucibus liberati, consequentur misericordiam Dei, et reducentur in haereditatem et in terram suam.

Según los LXX, empero, habla Dios, de que por causa de él la tierra ha sido disipada y reducida a la soledad, porque no hay nadie que considere de corazón, ni ninguna paz para toda carne. Pues no puede recibir la paz de Dios. Pues la sabiduría de la carne 929 es enemiga de Dios; y los que están en la carne, no pueden agradar a Dios. Además, según el hebreo, por eso toda Judea está desolada, porque no hay nadie, que considere de corazón a Dios, ni residuo, que pueda escapar. Pues por todas las vías de la soledad vinieron los vastadores, esto es, el ejército hostil, y la espada del Señor devoró de término a término; ni hubo descanso alguno para los que huían de la ciudad. De donde se dice: "No hay paz para toda carne".

(Vers. 13.) Sembraron trigo, y segaron espinas: recibieron la herencia, y no les aprovechará. LXX: Sembrasteis trigo, y segasteis espinas: sus suertes no les aprovecharán. Cosas mejores, dice, esperaron, y vinieron las peores: esperaban prosperidad, y padecieron adversidades: recibieron del Señor abundancia de todas las cosas, que no les aprovechará. Según los Setenta, empero, todos los heréticos siembran como trigo, y siegan espinas, esperando el Señor que dieran fruto, y no hicieron juicio, sino clamor. Se dice esto también a los Eclesiásticos, que desperdician las palabras del Señor y su doctrina con mala conducta. De los cuales se añade: "Sus suertes no les aprovecharán". Pues ¿qué podrá ayudarles el nombre de obispo y de presbítero, o el resto del orden Eclesiástico, cuando más bien se ven gravados por sus dignidades, y los potentes poderosamente padecen tormentos; y cuando más se les hubiere confiado, tanto más se requerirá de ellos (Sabiduría 6).

(Vers. 14, 15.) Seréis confundidos por los frutos (o por vuestra jactancia) a causa de la ira del furor del Señor (o por el oprobio a la vista del Señor). Esto dice el Señor contra todos mis vecinos pésimos, que tocan la herencia que distribuí a mi pueblo Israel: He aquí que yo los arrancaré de su tierra y la casa de Judá arrancaré (o echaré) de en medio de ellos. Y cuando los hubiere arrancado, me volveré (o retornaré) y tendré misericordia de ellos, y los reduciré (o haré habitar) cada cual en su herencia, y cada cual en su tierra. Se dice a aquellos a quienes sus suertes y el orden Eclesiástico no aprovecharán, para que sean confundidos por su jactancia y por el oprobio ante el Señor. Y lo que añade: "contra todos mis vecinos pésimos", según la letra, los vecinos de la Tierra Santa son los idumeos, filisteos, moabitas y amonitas: Según la tropología, empero, todos los heréticos, que se cuentan bajo el nombre de Cristo, y son vecinos más que habitantes de la Tierra Santa, que tocan la herencia de Dios y la devastan: y se dice de ellos que sean quitados de en medio de la tierra; y la casa de Judá sea quitada de en medio de ellos. Quienes, 930 cuando fueren arrancados, y librados de las fauces de los heréticos, alcanzarán la misericordia de Dios, y serán reducidos a su herencia y a su tierra.

(Vers. 16, 17.) Et erit, si eruditi didicerint vias populi mei, ut jurent in nomine meo, vivit Dominus: sicut docuerunt populum meum jurare in Baal, aedificabuntur in medio populi mei. Quod si non audierint, evellam gentem illam evulsione et perditione, dicit Dominus. Si translati de haeresi in Ecclesiam, didicerint vias populi Dei, et juraverint in nomine Domini, et non in nomine idolorum, quae de suo corde finxerunt, aedificabuntur a Domino, et erunt pars populi ejus. Quod si translati in Ecclesiam, perversorum dogmatum reliquias tenuerint, et non audierint verba Domini, evelletur gens illa de medio populi Dei, evulsione et perditione perpetua: ut nequaquam eis ullus locus poenitentiae relinquatur. Haec quotidie cernimus, et rebus probamus, quod ideo haeretici fidei simulent veritatem, ut simplices quosque decipiant, et non ipsi convertantur ad fidem, sed fideles trahant ad infidelitatem.

(Cap. XIII.---Vers. 1 seqq.) Haec dicit Dominus ad me: Vade et posside tibi lumbare (sive cinctorium) lineum, et pones illud super lumbos tuos, et in aquam non inferes illud (sive per aquam non transibit). Et possedi lumbare juxta verbum Dominum, et posui circa lumbos meos. Et factus est sermo Domini ad me secundo, dicens: Tolle lumbare (sive cinctorium) quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, et surgens vade ad Euphratem, et absconde tibi illud in foramine petrae. Et abii, et abscondi illud in Euphrate, sicut praeceperat mihi Dominus. Et factum est post dies plurimos, dicit Dominus ad me: Surge et vade ad Euphratem, et tolle inde lumbare (sive cinctorium) quod praecepi tibi, ut absconderes illud ibi. Et abii ad Euphratem, et fodi, et tuli lumbare de loco ubi absconderam illud, et ecce computruerat lumbare (sive cinctorium) ita ut nullo usui aptum esset. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Haec dicit Dominus: Sic putrescere faciam superbiam (sive injuriam) Juda, et superbiam Jerusalem multam, et populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, et ambulant in pravitate (sive in directione) cordis sui pessimi: abieruntque post deos alienos, ut servirent eis, et adorarent eos: et erunt sicut lumbare istud, quod nullo usui aptum est. Sicut enim adhaeret lumbare ad lumbos viri: sic agglutinavi mihi omnem domum Israel, et omnem domum Juda, dicit Dominus, ut esset mihi in populum, et 931 in nomen et in laudem, et in gloriam, et non audierunt.

Cinctorium, sive lumbare, quod Dei renibus jungitur, populus Israel est, qui in lini similitudinem assumptus de terra, et illotus, nec mollitudinem habuit, nec candorem, et tamen per illius misericordiam adhaesit Deo. Cumque peccasset, rationale quippe est hujuscemodi linum atque lumbare, ductus est trans Euphratem, id est, in Assyrios, et ibi absconditus, hoc est, multitudine [Al. magnitudine] magnarum et innumerabilium gentium quodammodo absorptus, et nihili reputatus. Post multum autem tempus, ipse Propheta in typum Dei liberat populum de captivitate.

(Vers. 16, 17.) Y será que, si instruidos aprendieren las vías de mi pueblo, para que juren en mi nombre, "vive el Señor": como enseñaron a mi pueblo a jurar por Baal, serán edificados en medio de mi pueblo. Pero si no oyeren, arrancaré a aquella nación con arranque y perdición, dice el Señor. Si los trasladados de la herejía a la Iglesia aprendieren las vías del pueblo de Dios, y juraren en el nombre del Señor, y no en el nombre de los ídolos, que de su corazón forjaron, serán edificados por el Señor, y serán parte de su pueblo. Pero si, trasladados a la Iglesia, conservaren las reliquias de los dogmas perversos, y no oyeren las palabras del Señor, será arrancada aquella nación de en medio del pueblo de Dios, con arranque y perdición perpetua: para que de ningún modo se les deje ningún lugar de penitencia. Esto vemos diariamente, y lo probamos con los hechos, que por eso los heréticos simulan la verdad de la fe, para engañar a cualesquiera de los simples, y no para convertirse ellos mismos a la fe, sino para arrastrar a los fieles a la infidelidad.

(Cap. XIII.---Vers. 1 sig.) Esto dice el Señor a mí: Ve y adquiere para ti un lumbare (o cinctorio) de lino, y ponlo sobre tus lomos, y no lo metas en el agua (o no pasará por el agua). Y adquirí el lumbare según la palabra del Señor, y lo puse alrededor de mis lomos. Y vino a mí la palabra del Señor por segunda vez, diciendo: Toma el lumbare (o cinctorio) que adquiriste, que está alrededor de tus lomos, y levantándote ve al Éufrates, y escóndelo allí en un agujero de la peña. Y fui, y lo escondí en el Éufrates, como me había mandado el Señor. Y sucedió que después de muchísimos días, me dijo el Señor: Levántate y ve al Éufrates, y toma de allí el lumbare (o cinctorio) que te mandé que escondieras allí. Y fui al Éufrates, y cavé, y tomé el lumbare del lugar donde lo había escondido, y he aquí que el lumbare (o cinctorio) se había podrido, de modo que para ningún uso era apto. Y vino a mí la palabra del Señor, diciendo: Esto dice el Señor: Así haré podrir la soberbia (o injuria) de Judá, y la mucha soberbia de Jerusalén, y a este pueblo pésimo, que no quieren oír mis palabras, y andan en la depravación (o en la dirección) de su corazón pésimo: y se fueron tras dioses ajenos, para servirles y adorarles: y serán como este lumbare, que para ningún uso es apto. Pues como se adhiere el lumbare a los lomos del varón: así aglutiné a mí a toda la casa de Israel, y a toda la casa de Judá, dice el Señor, para que me fuera por pueblo, y 931 por nombre y por alabanza, y por gloria, y no oyeron.

El cinctorio, o lumbare, que se une a los riñones de Dios, es el pueblo de Israel, que en semejanza del lino tomado de la tierra, e impuro, ni tuvo blandura, ni blancura, y sin embargo por su misericordia se adhirió a Dios. Y habiendo pecado, pues racional es esta clase de lino y de lumbare, fue llevado al otro lado del Éufrates, esto es, a los asirios, y allí escondido, esto es, en cierto modo absorbido por la muchedumbre [Al. magnitud] de grandes e innumerables naciones, y reputado en nada. Después de mucho tiempo, empero, el mismo Profeta como tipo de Dios libra al pueblo de la cautividad.

Qui nihilominus et post reditum, Dei praecepta non fecit; sed secutus deos alienos, ad extremum etiam in Dei Filium misit manus, et aeterna perditione contabuit. Omnis quoque vir sanctus lumbare Dei est, qui assumptus de terra et de terrae limo, Dei consortio copulatur, et quodammodo quae in Ecclesia ejus videntur obscena, majori diligentia operit, atque circumdat, ne gentilium et haereticorum morsibus pateant. Quod lumbare si aquam tetigerit, et Euphratis fluenta transierit, ita ut Assyriae regionis humoribus imbuatur, perdit pristinam fortitudinem, et computrescit, atque dissolvitur. Et quamvis in usum Dei redeat, tamen pristinam pulchritudinem habere non potest, non duritia Dei, sed suo vitio: quia nolunt audire verba ejus, et ambolant in pravitate cordis sui, sive quod sibi rectum videtur, hoc faciunt. Sed et ipse sermo divinus cur hanc posuerit similitudinem, exponit dicens: Sicut enim adhaeret lumbare ad lumbos hominis: sic agglutinavi et adhaerere mihi feci omnem domum Israel, et omnem domum Juda, decem videlicet et duas tribus, ut essent mihi in populum nominatum et in laudem et in gloriam; et pro his omnibus non audierunt me, sed sua vitia sunt secuti. Caveat ergo qui potest dicere: Mihi autem adhaerere Deo bonum est (Psal. LXXII, 28), ne forte per negligentiam ab illius renibus separetur, et transeat Euphratem, et detur in potestatem regis Assyrii, et nequaquam in solidissima petra, sed in foramine petrae corruptae, atque vitiatae, hoc est, haereticorum sordibus et vitiis occupetur, et in tantam veniat putredinem, ut in usum et in cinctorium Domini ultra redire non possit.

(Vers. 12 seqq.) Dices ergo ad eos (sive ad populum) sermonem istum. Haec dicit Dominus Deus Israel: Omnis laguncula (sive uter) implebitur [Al. impleatur] vino 932. Et dicent ad te: Numquid ignoramus quod omnis laguncula (sive uter) impleatur [Vulg. implebitur] vino? Et dices ad eos: Haec dicit Dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terrae hujus, et reges qui sedent de stirpe (sive filios) David super thronum ejus, et sacerdotes et prophetas et omnes habitatores Jerusalem ebrietate: et dispergam eos, virum a fratre suo, et patres et filios pariter, ait Dominus: Non parcam (sive non desiderabo) et non concedam, neque miserebor, ut non disperdam eos. Verbum Hebraicum NEBEL (); Aquilae prima editio, lagunculam; secunda ipsum nebel; Symmachus, craterem; LXX, utrem; Theodotio, vas, interpretati sunt: quod omne non oleo, non aqua, non melle, non lacte, non alia qualibet materia liquentis elementi, sed vino, et ebrietate completur: ostendens, nos vas esse fragile juxta Apostolum dicentem: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus (II Cor. IV, 7). Nec posse fieri, ut non illud impleatur in nobis quod scriptum est: Non enim habitat in carne mea bonum.

El cual, no obstante, aun después del regreso, no cumplió los preceptos de Dios; sino que siguiendo a dioses ajenos, al final incluso puso las manos sobre el Hijo de Dios, y se consumió en eterna perdición. Todo varón santo es también lumbare de Dios, que tomado de la tierra y del limo de la tierra, se une al consorcio de Dios, y en cierto modo cubre y circunda aquellas cosas que en su Iglesia parecen obscenas, con mayor diligencia, para que no queden expuestas a las mordeduras de gentiles y heréticos. El cual lumbare si tocare el agua, y pasare las corrientes del Éufrates, de modo que se imbuya de los humores de la región de Asiria, pierde su primitiva fortaleza, y se pudre, y se disuelve. Y aunque vuelva al uso de Dios, sin embargo no puede tener su primitiva hermosura, no por la dureza de Dios, sino por su propio vicio: porque no quieren oír sus palabras, y andan en la depravación de su corazón, o hacen lo que les parece recto. Pero el mismo sermón divino por qué puso esta semejanza, lo expone diciendo: Pues como se adhiere el lumbare a los lomos del hombre: así aglutiné e hice adherirse a mí a toda la casa de Israel, y a toda la casa de Judá, a las diez y a las dos tribus respectivamente, para que me fueran por pueblo nombrado y por alabanza y por gloria; y por todas estas cosas no me oyeron, sino que siguieron sus propios vicios. Guarde, pues, el que puede decir: "Para mí, empero, adherirme a Dios es bueno" (Salmo 72, 28), no sea que por negligencia se separe de sus riñones, y pase el Éufrates, y sea entregado en potestad del rey de los asirios, y de ningún modo en una peña solidísima, sino en un agujero de peña corrompida, y viciada, esto es, sea ocupado por las suciedades y vicios de los heréticos, y venga a tanta podredumbre, que ya no pueda volver al uso y al cinctorio del Señor.

(Vers. 12 sig.) Dirás, pues, a ellos (o al pueblo) este sermón. Esto dice el Señor Dios de Israel: Toda lagúncula (o odre) se llenará [Al. llénese] de vino 932. Y te dirán: ¿Acaso ignoramos que toda lagúncula (o odre) se llena [Vulg. se llenará] de vino? Y les dirás: Esto dice el Señor: He aquí que yo llenaré a todos los habitantes de esta tierra, y a los reyes que se sientan de la estirpe (o los hijos) de David sobre su trono, y a los sacerdotes y a los profetas y a todos los habitantes de Jerusalén de embriaguez: y los dispersaré, al varón de su hermano, y a los padres y a los hijos por igual, dice el Señor: No perdonaré (o no desearé) y no concederé, ni tendré misericordia, para no dispersarlos. La palabra hebrea es NEBEL (); la primera edición de Aquila la interpretó como "lagúncula"; la segunda, el mismo "nebel"; Símaco, "crátera"; los LXX, "odre"; Teodoción, "vaso": todo lo cual no de aceite, ni de agua, ni de miel, ni de leche, ni de cualquier otra materia de elemento líquido, sino de vino y de embriaguez se completa: mostrando que nosotros somos vaso frágil según el Apóstol que dice: "Tenemos este tesoro en vasos de barro" (2 Cor. 4, 7). Ni puede ser que no se cumpla en nosotros lo que está escrito: "Pues no habita en mi carne el bien".

Et iterum: Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc operor (Rom. VII, 18). Ac deinde: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus (Ibid., 19)? Hac autem ebrietate, qua obliviscimur praeceptorum Dei, et vitiis atque peccatis omnis impletur humana conditio, dicente Propheta: Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens (Psal. CXLII, 2), non ad comparationem Dei (ut veteres et novi haeretici volunt, et patroni haereticorum), sed ad scientiam ejus. Homo enim videt in facie, Deus in corde (I Reg. XVI, 7); et quod nobis interdum mundum videtur, illius oculis sordidum deprehenditur. Non solum vulgus ignobile vilisque plebecula, sed reges Ecclesiarum de stirpe, sive filii David, qui sedent resupini erectaque cervice, et protento aqualiculo super thronum ejus. Sacerdotes quoque ipsi, secundus in ecclesiastico honore gradus, et prophetae, qui videntur habere scientiam Scripturarum, et omnes habitatores Jerusalem, pro varietate peccatorum complentur: sive Juda, ut addidere Septuaginta. Cumque ebrii fuerint, disperguntur a societate sui, patresque a filiis et filii a patribus separantur, ut diversis polluantur haeresibus, et sub Christi nomine inter se digladientur, et dimicent contra matrem suam, quae eos genuit, Ecclesiam. Unde dicit: Non desiderabo eos; sed odio habebo sempiterno: non parcam, et non concedam, neque miserebor: non crudelitate sententiae, sed veritate judicii. Qui enim meos populos trucidarunt, ipsi in aeternum peribunt. Potest hoc et juxta historiam 933 simpliciter accipi, quod reges, sacerdotes, et prophetae, et omnis populus Jerusalem inebriandus sit calice Babylonio, et captivitatis obruendus malis.

(Vers. 15.) Audite et auribus percipite: Nolite elevari, quia Dominus locutus est. Quia supra dixerat. omnis uter implebitur vino: ita ut reges quoque, et sacerdotes, et prophetae, et omnis habitatores Jerusalem implerentur ebrietate, propterea jungit et dicit: Audite et auribus percipite, tam extrinsecus, quam intrinsecus, tam mente, quam corpore; et nolite elevari per superbiam, cogitantes fragilitatem vestram, et quod nullus sit, qui pro qualitate peccati hac ebrietate careat. Unde disperditur, atque corrumpitur, et Dei misericordia indignus est, elevans se adversus eum per superbiam.

(Vers. 16, 17.) Date Domino Deo vestro [Al. nostro] gloriam, antequam contenebrescat, et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos (sive tenebrosos). Exspectabitis lucem, et ibi umbra mortis, et ponentur in tenebris (sive juxta Hebraicum, et ponet eam in umbram mortis, et in caliginem). Quod si non audieritis, in abscondito plorabit anima vestra [Vulg. mea] a facie superbiae (sive injuriae).

Y de nuevo: "Pues no el bien que quiero, este hago: sino el mal que no quiero, este opero" (Rom. 7, 18). Y después: "¡Miserable de mí hombre! ¿quién me librará del cuerpo de esta muerte?" (Ibíd., 19). Con esta embriaguez, empero, por la que olvidamos los preceptos de Dios, y con los vicios y pecados se llena toda la condición humana, diciendo el Profeta: "No se justificará en tu presencia todo viviente" (Salmo 142, 2), no por comparación con Dios (como quieren los viejos y nuevos heréticos, y los patronos de los heréticos), sino para su conocimiento. Pues el hombre ve en la cara, Dios en el corazón (1 Rey. 16, 7); y lo que a nosotros a veces nos parece limpio, a sus ojos se descubre sucio. Esto aplica no solo al vulgo innoble y a la vil plebe, sino a los reyes de las Iglesias de la estirpe, o hijos de David, que se sientan recostados y con la cerviz erguida, y con el vientre prominente sobre su trono. Los sacerdotes mismos también, segundo grado en el honor eclesiástico, y los profetas, que parecen tener conocimiento de las Escrituras, y todos los habitantes de Jerusalén, según la variedad de los pecados se completan: o Judá, como añadieron los Setenta. Y cuando estuvieren ebrios, son dispersados de su sociedad, y los padres son separados de los hijos y los hijos de los padres, para que se contaminen con diversas herejías, y bajo el nombre de Cristo luchen entre sí, y peleen contra su madre, la Iglesia, que los engendró. De donde dice: "No los desearé"; sino que los tendré en odio sempiterno: "no perdonaré, y no concederé, ni tendré misericordia": no por crueldad de la sentencia, sino por la verdad del juicio. Pues los que degollaron a mis pueblos, ellos mismos perecerán para siempre. Puede esto también según la historia 933 recibirse simplemente, de que los reyes, sacerdotes y profetas, y todo el pueblo de Jerusalén ha de ser embriagado con el cáliz babilónico, y abrumado por los males de la cautividad.

(Vers. 15.) Oíd y percibid con los oídos: No os elevéis, porque el Señor ha hablado. Porque arriba había dicho: "todo odre se llenará de vino": de modo que los reyes también, y los sacerdotes, y los profetas, y todos los habitantes de Jerusalén se llenaran de embriaguez, por eso añade y dice: "Oíd y percibid con los oídos", tanto exterior como interiormente, tanto con la mente como con el cuerpo; y "no os elevéis" por la soberbia, pensando en vuestra fragilidad, y que no hay nadie que, por la calidad del pecado, carezca de esta embriaguez. Por lo cual es destruido y corrompido, y es indigno de la misericordia de Dios, elevándose contra él por la soberbia.

(Vers. 16, 17.) Dad gloria al Señor vuestro [Al. nuestro] Dios, antes de que anochezca, y antes de que tropiecen vuestros pies en los montes caliginosos (o tenebrosos). Esperaréis la luz, y allí está la sombra de muerte, y serán puestos en tinieblas (o según el hebreo, y la pondrá en sombra de muerte, y en calígine). Pero si no oyereis, en lo escondido llorará vuestra alma [Vulg. la mía] ante la cara de la soberbia (o de la injuria).

Eos quibus dixerat sermo divinus: Audite et auribus percipite, et nolite elevari, nunc provocat ad poenitentiam, ut priusquam ducantur Babylonem, et offendant pedes eorum ad montes caliginosos, sive tenebrosos, dent gloriam Deo. Unde et peccatoribus saepe dicitur: Date gloriam Deo (Psal. LXVII, 35). Quod autem Babylon, et omnis regio Chaldaeorum, montes caliginosi, sive tenebrosi, appellentur, in principio Visionis Isaiae contra Babylonem legimus, ubi scriptum est: Super montem caliginosum levate signum (Isai XIII, 2), quod Hebraice dicitur NESEPHA (). Hoc itaque praecepit, ut antequam ducantur in captivitatem, et servitutis mala sentiant, agant poenitentiam. Cumque exspectent lucem, sessuri sint in tenebris. Sin autem, inquit, me audire nolueritis in abscondito [Al. abscondite], juxta Aquilam, in tenebris, plorabit anima vestra, sive juxta Septuaginta, a facie superbiae; ut ne gemitus quidem et ploratus liber sit, ne victorum offendantur oculi. Possumus autem et sic locum istum interpretari: Salvator loquitur: Operamini dum dies est: veniet nox quando nullus ultra potest operari (Joan. VI, 27). De hoc tempore et Isaiae vaticinium est: Stellae enim coeli et Orion, et omnis ornatus coeli lucem non dabunt, et tenebrabuntur orto sole, et 934 luna non dabit lucem (Isai. 13, 10). Sophonias quoque in eadem verba consentit, dicens: Dies tribulationis et angustiae: dies miseriae, et perditionis: dies tenebrarum et turbinis: dies nubis et caliginis (Sophon. I, 15). Prius ergo quam judicii tempus adveniat, et offendant pedes nostri ad montes tenebrosos, adversarias scilicet fortitudines, quae tormentis et cruciatibus praepositae sunt, agamus poenitentiam, ne exspectantes lucem, noctis tenebris involvamur; sciamusque, nisi hoc fecerimus, ploraturam animam, vel Dei, vel Prophetae, a facie nostrae superbiae, Dei verba audire nolentium: unde et ipse Propheta dicit:

Plorans plorabit Jerusalem (sive plorans plorabit et deducet oculus meus lacrymam): quia captus est grex Domini (sive doloremque meum tacitis gemitibus dissimulare non possum). Omnis autem causa cruciatuum est, quod captus sit grex Domini. Dicamus Judaeis et nostris judaizantibus, qui simplicem tantum et occidentem sequuntur historiam, nisi audieritis abscondite, hoc est, in mysterio, sive in tenebris, quas posuit Deus latibulum suum (Psal. XVII), et juxta Salomonem, ut intelligant parobolam et tenebrosum sermonem, plorabit anima Prophetae, sive ipsorum a facie superbiae, dum per contumaciam resistunt Deo. Unde et fletus erit jugis lacrymaeque perpetuae: eo quod a vero Nabuchodonosor captus sit grex Domini atque corruptus.

A aquellos a quienes había dicho el sermón divino: "Oíd y percibid con los oídos, y no os elevéis", ahora los provoca a la penitencia, para que antes de que sean llevados a Babilonia, y tropiecen sus pies en los montes caliginosos, o tenebrosos, den gloria a Dios. De donde también a los pecadores se dice a menudo: "Dad gloria a Dios" (Salmo 67, 35). De que Babilonia, empero, y toda la región de los caldeos, se llamen montes caliginosos, o tenebrosos, leemos al principio de la Visión de Isaías contra Babilonia, donde está escrito: "Sobre el monte caliginoso levantad señal" (Is. 13, 2), que en hebreo se dice NESEPHA (). Esto, pues, mandó, para que antes de que sean llevados a la cautividad, y sientan los males de la servidumbre, hagan penitencia. Y aunque esperen la luz, han de sentarse en tinieblas. Si empero, dice, no quisiereis oírme en lo escondido [Al. escondidamente], según Aquila, "en las tinieblas", llorará vuestra alma, o según los Setenta, "ante la cara de la soberbia"; para que ni siquiera el gemido y el llanto sea libre, no sea que se ofendan los ojos de los vencedores. Podemos, empero, también interpretar así este lugar: habla el Salvador: "Obrad mientras es de día: vendrá la noche cuando nadie podrá ya obrar" (Juan 9, 4). De este tiempo es también el vaticinio de Isaías: "Pues las estrellas del cielo y el Orión, y todo el ornato del cielo no darán luz, y se entenebrecerán al salir el sol, y 934 la luna no dará luz" (Is. 13, 10). Sofonías también consiente en las mismas palabras, diciendo: "Día de tribulación y de angustia: día de miseria y de perdición: día de tinieblas y de torbellino: día de nube y de calígine" (Sof. 1, 15). Antes, pues, de que el tiempo del juicio llegue, y tropiecen nuestros pies en los montes tenebrosos, a saber, las potestades adversarias, que están puestas sobre los tormentos y suplicios, hagamos penitencia, no sea que esperando la luz, nos veamos envueltos en las tinieblas de la noche; y sepamos que, a menos que hagamos esto, llorará el alma, o de Dios, o del Profeta, ante la cara de nuestra soberbia, de nosotros que no queremos oír las palabras de Dios: de donde también el mismo Profeta dice:

Llorando llorará Jerusalén (o llorando llorará y derramará mi ojo una lágrima): porque ha sido tomado el rebaño del Señor (o y no puedo disimular mi dolor con gemidos tácitos). Toda la causa de los suplicios es, empero, que ha sido tomado el rebaño del Señor. Digamos a los judíos y a nuestros judaizantes, que siguen solo la simple historia que mata, si no oyereis escondidamente, esto es, en el misterio, o en las tinieblas, que puso Dios por su escondite (Salmo 17), y según Salomón, para que entiendan la parábola y el sermón tenebroso, llorará el alma del Profeta, o la de ellos mismos ante la cara de la soberbia, mientras por contumacia resisten a Dios. De donde también habrá llanto continuo y lágrimas perpetuas: por el hecho de que por el verdadero Nabucodonosor ha sido tomado el rebaño del Señor y corrompido.

(Vers. 18, 19.) Dic regi et dominatrici (sive dicite regi et potentibus): Humiliamini, sedete, quoniam descendit (sive sublata est) de capite vestro corona gloriae vestrae. Civitates Austri clausae sunt, et non est qui aperiat. Translata est omnis Judaea (sive translatus est omnis Juda) transmigratione (sive captivitate) perfecta. Prophetae praecipitur, ut loquatur regi Jechoniae et matri ejus, quam dominam et dominatricem, sive reginam appellat, ut humilientur et in pulvere sedeant: perdidisse enim eos regiam dignitatem, et regi tradendos Babylonio. Civitates Austri clausae sunt, id est, tribus Judae et Jerusalem, quae juxta solitudinem ad Austrum versa est, et non est qui aperiat obsidione circumdatas. Translata est omnis Judaea, sive omnis Juda transmigratione perfecta: sive recepit quod merebatur, et completum est in ea, ut Septuaginta transtulerunt. Delirat in hoc loco, qui regem, Christum, et potentes, Angelos, vel Apostolos intelligit, ut assumant corpus humilitatis, et 935 in pulvere sedeant, et ammitant vel rex, vel potentes, de capite suo coronam; et gloriam Judae esse translatam, quando in passione completum est: Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Verbum Hebraicum GEBIRA (). Aquila et Symmachus dominatricem et dominam interpretati sunt, quod Septuaginta putaverunt GEBUROTH (), potentesque dixerunt.

(Vers. 20, 21.) Levate oculos vestros, et videte qui venitis ab Aquilone: ubi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? Quid dices cum visitaverit te? Tu enim doces [Vulg. docuisti et erudisti, rectius] eos adversum te, et erudis in caput tuum. Praecipitur habitatoribus Jerusalem, ut elevent oculos suos, et videant Chaldaeos ab Aquilonis parte venientes: interrogaturque ipsa civitas, et dicitur ei: Ubi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? Ubi est populus tuus, quem a Deo acceperas, ubi illa tanta et inclyta multitudo, ut totius provinciae turbam in unum locum crederes congregatam? Quid dices cum te visitaverit Dominus in virga sua, et Babylonis tradiderit hostibus, quos, adversum te, vel in caput tuum, vel a principio ipsa docuisti, ut ad eorum auxilia confugeres, et ipsorum idola sectareris; qui sub occasione amicitiae tuae, didicerunt per quod iter ad te venire deberent. Audiat hoc Ecclesia negligens, quod ipsa doceat adversarios suos, quomodo eam possint spirituali captivitate comprehendere, et pecus ejus bestiarum crudelitate lacerare.

(Vers. 18, 19.) Di al rey y a la dominatriz (o decid al rey y a los potentes): Humillaos, sentaos, porque ha descendido (o ha sido quitada) de vuestra cabeza la corona de vuestra gloria. Las ciudades del Austro están cerradas, y no hay quien las abra. Trasladada ha sido toda Judea (o trasladado ha sido todo Judá) con transmigración (o cautividad) perfecta. Se le manda al Profeta que hable al rey Jeconías y a su madre, a la que llama señora y dominatriz, o reina, para que se humillen y se sienten en el polvo: pues perdieron la dignidad regia, y han de ser entregados al rey babilonio. Las ciudades del Austro están cerradas, esto es, las tribus de Judá y Jerusalén, que hacia la soledad está vuelta al Austro, y no hay quien abra a las circundadas por el asedio. Trasladada ha sido toda Judea, o todo Judá con transmigración perfecta: o recibió lo que merecía, y se completó en ella, como los Setenta tradujeron. Delira en este lugar el que entiende por el rey a Cristo, y por los potentes a los Ángeles o Apóstoles, para que asuman un cuerpo de humildad, y 935 se sienten en el polvo, y pierdan, o el rey o los potentes, de su cabeza la corona; y que la gloria de Judá fue trasladada, cuando en la pasión se completó: "Todos se desviaron, a una se hicieron inútiles, no hay quien haga el bien, no hay ni siquiera uno". La palabra hebrea es GEBIRA (). Aquila y Símaco la interpretaron como "dominatriz" y "señora", lo cual los Setenta pensaron que era GEBUROTH (), y dijeron "potentes".

(Vers. 20, 21.) Levantad vuestros ojos, y ved a los que venís del Aquilón: ¿dónde está el rebaño que te fue dado, tu ganado ínclito? ¿Qué dirás cuando te visite? Pues tú los enseñas [Vulg. enseñaste e instruiste, más rectamente] contra ti, y los instruyes para tu propia cabeza. Se les manda a los habitantes de Jerusalén que eleven sus ojos, y vean a los caldeos viniendo de la parte del Aquilón: y se interroga a la misma ciudad, y se le dice: "¿Dónde está el rebaño que te fue dado, tu ganado ínclito?". ¿Dónde está tu pueblo, que habías recibido de Dios, dónde aquella tan grande e ínclita muchedumbre, de modo que creyeras que la turba de toda la provincia estaba congregada en un solo lugar? ¿Qué dirás cuando te visite el Señor con su vara, y te entregue a los enemigos de Babilonia, a los cuales contra ti, o para tu propia cabeza, o desde el principio tú misma enseñaste, para que te acogieras a sus auxilios, y siguieras sus ídolos; los cuales bajo ocasión de tu amistad, aprendieron por qué camino debían venir a ti. Oiga esto la Iglesia negligente, que ella misma enseñe a sus adversarios cómo pueden comprenderla en cautividad espiritual, y lacerar a su ganado con la crueldad de las bestias.

(Vers. 22.) Numquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem? Quod si dixeris in corde tuo, quare venerunt mihi haec? propter multitudinem iniquitatis tuae revelata sunt verecundiora tua, pollutae sunt (sive dehonestatae sunt) plantae tuae. Dum nescis, quasi mulierem partus subitus, ita te captivitas repentina comprehendet. Quod si causari volueris et quaerere, cur tradita sis hostibus, audi manifeste, multitudinem haec tibi fecisse iniquitatis tuae, ut quasi mulieris meretricis, sublatis vestibus, revelaretur ignominia tua, et ostenderentur publice fornicationes tuae. Per quae discimus, quamdiu fuerint minora peccata, agere Dominum patienter, et exspectare poenitudinem nostram. Sin autem voluerimus delictis copulare delicta, et cumulum facere peccatorum, revelabuntur pudenda nostra, et ostendentur cunctis plantae nostrae, vel in praesenti saeculo, vel in futuro. Nihil est enim occultum quod non reveletur (Matth. X): quando implebitur illud Danielis: Isti resurgent in vitam aeternam, et illi in opprobrium et confusionem sempiternam (Dan. XII, 2).

(Vers. 23.) Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, et vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Hoc testimonio utuntur adversus Ecclesiam, qui diversas cupiunt asserere naturas; et tantam dicunt esse vel nigredinem vel varietatem peccatorum, ut in candorem, et unius coloris puchritudinem transire non possint: non attendentes hoc quod sequitur: Et vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Quidquid enim discitur, non naturae est, sed studii et propriae voluntatis: quae nimia consuetudine et amore peccandi quodammodo in naturam convertitur. Sed hoc quod hominibus impossibile est, Deo possibile est (Matth. XIX, et Luc. XVIII): ut nequaquam Aethiops et pardus suam videantur mutare naturam; sed ille qui in Aethiope operatur et pardo, dicente Apostolo: Omnia possum in eo qui me confortat Christo (Philipp. IV, 13). Unde et in alieno loco: Amplius, inquit, illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei quae est in me (I Cor. XV, 10). Et: vivo jam non ego, vivit vero in me Christus (Galat. II, 20). Et iterum scriptum legimus: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis (I Cor. IV, 7)? Quas ob causas non glorietur sapiens in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua, nec dives in divitiis suis, nec pudicus in sua pudicitia, sciens, quod in omnibus his Christi virtus sit, non eorum qui in suis virtutibus gloriantur.

¿Acaso no te aprehenderán dolores, como a mujer de parto? Pero si dijeres en tu corazón: ¿por qué me vinieron estas cosas? por la muchedumbre de tu iniquidad han sido reveladas tus partes vergonzosas, contaminadas han sido (o deshonradas han sido) tus plantas. Mientras no lo sabes, como parto súbito de mujer, así te aprehenderá la cautividad repentina. Pero si quisieres pleitear y preguntar por qué has sido entregada a los enemigos, oye manifiestamente que la muchedumbre de tu iniquidad te ha hecho estas cosas, para que como a mujer meretriz, levantados los vestidos, se revelara tu ignominia, y se mostraran públicamente tus fornicaciones. Por lo cual aprendemos que, mientras fueren menores los pecados, actúa el Señor pacientemente, y espera nuestra penitencia. Si empero quisiéremos acoplar delitos a delitos, y hacer montón de pecados, se revelarán nuestras vergüenzas, y se mostrarán a todos nuestras plantas, o en el presente siglo, o en el futuro. Pues nada hay oculto que no haya de ser revelado (Mat. 10): cuando se cumpla aquello de Daniel: Estos resurgirán para la vida eterna, y aquellos para el oprobio y la confusión sempiterna (Dan. 12, 2).

(Vers. 23.) Si puede el etíope mudar su piel, o el leopardo sus variedades, también vosotros podréis obrar bien, cuando hayáis aprendido el mal. De este testimonio se valen contra la Iglesia quienes desean afirmar naturalezas diversas; y dicen que es tanta la negrura o la variedad de los pecados, que no pueden pasar a la blancura y a la hermosura de un solo color: no atendiendo a esto que sigue: Y vosotros podréis obrar bien cuando hayáis aprendido el mal. Pues todo lo que se aprende no es de la naturaleza, sino del estudio y de la propia voluntad: la cual, por la excesiva costumbre y el amor al pecado, de algún modo se convierte en naturaleza. Pero esto que a los hombres es imposible, a Dios es posible (Mat. 19 y Luc. 18): de modo que en ningún modo parezcan el etíope y el leopardo mudar su naturaleza; sino aquel que en el etíope opera y en el leopardo, diciendo el Apóstol: Todo lo puedo en aquel que me conforta, Cristo (Filip. 4, 13). De donde también en otro lugar dice: Más que todos ellos he trabajado: pero no yo, sino la gracia de Dios que está conmigo (1 Cor. 15, 10). Y: vivo ya no yo, mas vive en mí Cristo (Gál. 2, 20). Y de nuevo leemos escrito: ¿Qué tienes que no hayas recibido? Si empero lo recibiste, ¿por qué te glorías como si no lo hubieras recibido (1 Cor. 4, 7)? Por cuyas causas no se gloríe el sabio en su sabiduría, ni el fuerte en su fortaleza, ni el rico en sus riquezas, ni el pudoroso en su pudicicia, sabiendo que en todos estos está la virtud de Cristo, no de aquellos que en sus propias virtudes se glorían.

(Vers. 24, 25.) Et disseminabo eos quasi stipulam quae vento raptatur in deserto. Haec sors tua parsque mensurae tuae a me, dicit Dominus (sive et pars inobedientiae tuae adversum me). Quia nimia consuetudine malorum non potuerunt mutare naturam, non vitio conditoris, sed studio inoliti sceleris, propterea quasi stipulam vento raptatam dispergam eos in solitudinem, juxta illud quod alibi scriptum est: Tamquam pulvis quem projicit ventus a facie terrae (Psal. I, 4). Facitque apostropham ad ipsam Jerusalem: quod haec sit sors ejus, et ista pars, quam ipsa sibi elegerit, mensuram cumulatam atque perfectam, et supereffundentem (Luc. VI), sive partem inobedientiae suae, qua noluit Deo acquiescere. In qua enim mensura mensuraverit, remetietur illi (Matth. VII).

(Vers. 26.) Quia oblita es mei, et confisa es (sive sperasti) in mendacio: unde et ego nudavi (sive nudabo et revelabo) femora, et posteriora tua contra faciem tuam, et apparebit ignominia tua, adulteria tua, et hinnitus tuus, scelus (vel alienatio) fornicationis tuae: Causa dispersionis Jerusalem, quod oblita sit Dei, et confisa, vel speraverit in mendaciis. Qui praeter Deum in rebus confidit saeculi, obliviscitur Dei. Unde revelantur femora, vel posteriora ejus, ut videat ignominiam suam: et quae retro esse deberent, fiant in prioribus: cernatque ipsa quod fecit, et appareat ignominia ejus, non tantum ipsi, sed et omnibus. Adulteria, inquit, tua et hinnitus tuus non solum libidinem, sed insaniam ostendit libidinis, equarum more, quae ad coitum gestiunt, ut est illud Virgilii (Georg. III, 280, 281): Hippomanes, vero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine virus. Rogemus Jesum ut nec in praesenti nec in futuro saeculo revelet femora, et posteriora nostra, sed ut deleat omnes iniquitates nostras, et omnia scelera apparere non faciat.

(Vers. 27.) Super colles in agro vidi abominationes tuas. Vae tibi, Jerusalem, non mundaberis (sive quia non es mundata) post me, usquequo adhuc? non solum in media urbe Jerusalem, sed in omni colle cunctisque regionibus vidi idola tua, unde dicitur ad eam: Vae tibi, Jerusalem, quia non es mundata post me, ut cum mea te jactares sequi vestigia, et confessionem mei nominis ventilares, tamen numquam purgata sis, quia oblita es mei, et sperasti in mendaciis. Unde increpat eam et dicit, Usquequo adhuc? et est sensus, quamdiu te exspectabo? quamdiu feram? usquequo oblivisceris mei in finem, et mea praecepta contemnes? Fornicatur in collibus et in agris, et numquam mundatur, qui erecta cervice per superbiam non humiliatur sub potenti manu Dei, sed in suis sceleribus vitiisque confidit.

(Vers. 24, 25.) Y los dispersaré como estopa que es arrebatada por el viento en el desierto. Esta es tu suerte y la parte de tu medida de parte mía, dice el Señor (o bien y la parte de tu desobediencia contra mí). Porque por la excesiva costumbre de males no pudieron mudar su naturaleza, no por vicio del Creador, sino por el estudio del crimen arraigado, por eso como estopa arrebatada por el viento los dispersaré en la soledad, conforme a aquello que en otro lugar está escrito: Como polvo que proyecta el viento desde la faz de la tierra (Sal. 1, 4). Y hace una apóstrofe a la misma Jerusalén: que esta sea su suerte, y aquella parte que ella misma se eligió, medida colmada y perfecta, y sobreabundante (Luc. 6), o la parte de su desobediencia, por la cual no quiso aquiescer a Dios. Pues en la medida que midiere, se le volverá a medir (Mat. 7).

(Vers. 26.) Porque te olvidaste de mí, y confiaste (o bien esperaste) en la mentira: por lo cual también yo desnudé (o bien desnudaré y revelaré) los muslos, y tus partes posteriores contra tu faz, y aparecerá tu ignominia, tus adulterios, y tu relincho, el crimen (o bien la ajenación) de tu fornicación: Causa de la dispersión de Jerusalén es que se olvidó de Dios, y confió o esperó en las mentiras. Quien fuera de Dios confía en las cosas del siglo, se olvida de Dios. Por lo cual se revelan sus muslos, o sus partes posteriores, para que vea su ignominia: y lo que debería estar atrás, se convierta en lo anterior: y ella misma vea lo que hizo, y aparezca su ignominia, no solo para ella, sino también para todos. Tus adulterios, dice, y tu relincho muestra no solo la libido, sino la locura de la libido, al modo de las yeguas, que gesticulan para el coito, como es aquello de Virgilio (Georg. 3, 280, 281): Hippomanes, que por su nombre verdadero dicen los pastores, un lento virus destila desde la ingle. Roguemos a Jesús que ni en el presente ni en el futuro siglo revele nuestros muslos y nuestras partes posteriores, sino que borre todas nuestras iniquidades, y no haga aparecer todos nuestros crímenes.

(Vers. 27.) Sobre los collados en el campo vi tus abominaciones. ¡Ay de ti, Jerusalén, no te limpiarás (o bien porque no has sido limpiada) después de mí, ¿hasta cuándo todavía? No solo en medio de la ciudad de Jerusalén, sino en todo collado y en todas las regiones vi tus ídolos, por lo cual se le dice: ¡Ay de ti, Jerusalén, porque no has sido limpiada después de mí, para que cuando te jactabas de seguir mis vestigios y ventilabas la confesión de mi nombre, sin embargo nunca hayas sido purgada, porque te olvidaste de mí y esperaste en las mentiras. Por lo cual la increpa y dice: ¿Hasta cuándo todavía? y es el sentido: ¿cuánto tiempo te esperaré? ¿cuánto tiempo te sufriré? ¿hasta cuándo te olvidarás de mí hasta el fin, y mis preceptos despreciarás? Fornica en los collados y en los campos, y nunca es limpiado quien con erguida cerviz por la soberbia no se humilla bajo la potente mano de Dios, sino que confía en sus crímenes y vicios.

(Cap. XIV.---Vers. 1.) Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam de sermonibus siccitatis. Irae Dei universa consentiunt. Unde et sol super peccatores occidit meridie, et luna astraque et caetera non dant lumen suum (Amos VIII). Putandumque est obsidionis tempore pluvias non fuisse, ut sterilitatem obsessi sustinerent aquae. Uno quippe fonte Siloe, et hoc non perpetuo utitur civitas, et usque in praesentem diem sterilitas pluviarum, non solum frugum, sed et bibendi inopiam facit.

(Vers. 2 seqq.) Luxit Judaea (sive Juda) et portae ejus corruerunt (sive vacuae factae sunt), et obscuratae (sive contenebratae sunt) super terram, et clamor Jerusalem ascendit. Majores ejus miserunt minores (sive juniores) suos ad aquam: venerunt ad hauriendum (sive ad puteos) et non invenerunt aquam, reportaverunt vasa sua vacua, confusi sunt et afflicti (sive erubuerunt), et operuerunt capita sua propter terrae vastitatem (sive et opera terrae, quoniam defecerunt), quia non venit (sive non erat) pluvia super terram: confusi sunt agricolae, operuerunt capita sua. Tempore siccitatis, quando famem patitur multitudo audiendi et discendi sermonem Dei, luget Judaea, cultum Dei prius habere se jactans, et confessionem verae fidei, portaeque ejus vel vacuantur, vel corruunt, quas ad sensus referre debemus, per quos animae concipitur disciplina. Tunc obscurantur omnia et involvuntur tenebris; et nequaquam in Jerusalem ratio regnat et sermo doctrinae; sed clamor atque confusio. Majores quoque qui deberent ipsi pergere ad hauriendas aquas, mittunt juniores, in quibus cani non sunt sapientiae, et idcirco veniunt ad puteos, et non inveniunt aquas, quas patriarchas invenisse narrat historia (Genes. XXVI). Reportant vasa sua vacua, juniores videlicet: non quod aquae non fuerint; sed quod illi invenire non potuerint. Confusi sunt, et afflicti, sive erubuerunt et operuerunt capita sua; quia non poterant dicere cum Apostolo: Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini contemplamur (I Cor. III, 18). Propter terrae vastitatem, sive et terrae opera defecerunt, per quae ad Dei notitiam pergimus. Causaque perspicua: quia non venit, inquit, pluvia super terram. Mandatum est quippe nubibus ne pluerint super eam imbrem (Isai. V). Agricolae quoque, quorum unus loquitur, Dei agricultura estis, Dei aedificatio estis (II Cor. III, 9). Et in alio loco: Dei cooperatores sumus, operiunt caput suum, et confunduntur, intelligentes sine Dei gratia et adjutorio frustra se tendere.

(Cap. XIV.---Vers. 1.) Lo que fue hecho palabra del Señor a Jeremías sobre las palabras de la sequía. Con la ira de Dios todas las cosas consienten. Por lo cual también el sol sobre los pecadores se pone al mediodía, y la luna y los astros y lo demás no dan su luz (Amós 8). Y se ha de pensar que en el tiempo del sitio no hubo lluvias, para que los sitiados padecieran la esterilidad del agua. Pues ciertamente de una sola fuente, Siloé, y esto no perpetuamente, usa la ciudad, y hasta el presente día la esterilidad de las lluvias causa penuria no solo de frutos, sino también de beber.

(Vers. 2 sigs.) Lutitó Judá (o bien Judá) y sus puertas cayeron (o bien fueron hechas vacías), y se oscurecieron (o bien se entenebrecieron) sobre la tierra, y el clamor de Jerusalén ascendió. Sus mayores enviaron a sus menores (o bien más jóvenes) al agua: vinieron a sacar (o bien a los pozos) y no hallaron agua, reportaron sus vasos vacíos, quedaron confusos y afligidos (o bien se avergonzaron), y cubrieron sus cabezas por la vastedad de la tierra (o bien y las obras de la tierra, puesto que desfallecieron), porque no vino (o bien no había) lluvia sobre la tierra: confusos quedaron los agricultores, cubrieron sus cabezas. En el tiempo de la sequía, cuando padece hambre la multitud de oír y aprender la palabra de Dios, luge Judá, jactándose de tener antes el culto de Dios y la confesión de la verdadera fe, y sus puertas o se vacían o caen, las cuales debemos referir a los sentidos, por los cuales se concibe la disciplina del alma. Entonces se oscurecen todas las cosas y se envuelven en tinieblas; y de ningún modo en Jerusalén reina la razón y la palabra de la doctrina, sino el clamor y la confusión. Los mayores también, que deberían ellos mismos marchar a sacar las aguas, envían a los menores, en los cuales no hay canas de sabiduría, y por eso vienen a los pozos y no hallan las aguas, las cuales narra la historia que hallaron los patriarcas (Gén. 26). Reportan sus vasos vacíos, a saber los menores: no porque las aguas no hubieran estado allí, sino porque ellos no las pudieron hallar. Quedaron confusos, y afligidos, o bien se avergonzaron y cubrieron sus cabezas; porque no podían decir con el Apóstol: Pero nosotros todos con faz revelada contemplamos la gloria del Señor (2 Cor. 3, 18). Por la vastedad de la tierra, o bien y las obras de la tierra desfallecieron, por las cuales marchamos a la noticia de Dios. Y la causa es clara: porque no vino, dice, lluvia sobre la tierra. Pues se mandó a las nubes que no llovieran sobre ella lluvia (Isa. 5). Los agricultores también, de quienes uno habla: Agricultura de Dios sois, edificación de Dios sois (2 Cor. 3, 9). Y en otro lugar: Cooperadores de Dios somos, cubren su cabeza y se confunden, entendiendo que sin la gracia de Dios y su ayuda en vano se esfuerzan.

(Vers. 5, 6.) Nam et cerva (sive cervae) in agro peperit (sive pepererunt) et reliquit (sive reliquerunt) quia non erat herba. Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba (sive fenum). Grandis sterilitas, quando et cervae in agro pariunt, et relinquunt fetus suos, quia non sit herba vel fenum; ut quae odore narium serpentes extrahunt de cavernis, et venenata interficiunt animantia, cibo gratiae non utantur. Onagri quoque de quibus scriptum est in Job: Quis dimisit in solitudine onagrum liberum (Job. XXXIX, 5)? plana et campestria relinquentes, stent in rupibus, et currere nequeant, et attrahant ventum in similitudinem draconum, deficiantque oculi eorum, et claram lucem cernere nequeant, rationabilibus subtractis cibis. Siccitas haec saepe accidit in Ecclesiis, quando cervi et onagri inveniuntur in populis, et magistrorum penuria contabescunt: sunt qui possunt discere, et non sunt qui possunt docere.

Si iniquitates nostrae responderint (sive restiterint) nobis, Domine, fac propter nomen tuum, quoniam multae sunt aversiones nostrae (vel peccata nostra). Tibi peccavimus, exspectatio Israel: Salvator ejus in tempore tribulationis. Si dubitamus quare non descendant pluviae super terram, quare cuncta ariditate marcescant, audiamus. Iniquitates nostrae restiterunt nobis; propterea, Domine, non secundum opera nostra, sed secundum sanctum nomen tuum vince multas aversiones nostras. Tibi enim peccavimus, quem cordis secreta non fallunt, et te praestolamur, qui vera spes et exspectatio es Israel: et salvas eos in tempore tribulationis, juxta illud quod scriptum est: Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me (Ps. CXIX, 1). Dicamus et nos in tempore siccitatis, aquarumque penuria: Tibi peccavimus, et malum coram te fecimus (Psal. L), tuum praestolamur adventum, qui salvas Israel, non suo merito, sed tua clementia.

(Vers. 9.) Quare futurus es quasi colonus in terra, et quasi viator declinans ad manendum? quare futurus es velut vir vagus, aut fortis, qui non potest salvare? LXX: Quare factus es sicut advena in terra, et quasi indigena divertens ad manendum? numquid eris quasi homo dormiens, et quasi vir qui salvare non possit? Judaei hunc locum sic intelligunt: Quare segregas te a populo tuo? et quasi viator propter unius horae refrigerium, non curas quali utaris hospitio, sed ad alia transiturus non salvas populum tuum, et templum quondam inclytum deseris?

(Vers. 5, 6.) Pues también la cierva (o bien las ciervas) en el campo parió (o bien parieron) y dejó (o bien dejaron) porque no había hierba. Y los onagros estuvieron en las rocas, atrajeron el viento como dragones, desfallecieron sus ojos, porque no había hierba (o bien heno). Grande esterilidad, cuando también las ciervas en el campo paren, y dejan sus fetos, porque no haya hierba o heno; para que las que por el olor de sus narices extraen las serpientes de las cavernas, y matan a los vivientes venenosos, no usen el alimento de la gracia. Los onagros también de los cuales está escrito en Job: ¿Quién dejó en la soledad al onagro libre (Job 39, 5)? dejando lo llano y campestre, estén en las rocas, y no puedan correr, y atraigan el viento en semejanza de dragones, y desfallezcan sus ojos, y no puedan distinguir la clara luz, habiéndoseles sustraído los alimentos racionales. Esta sequía ocurre a menudo en las Iglesias, cuando se hallan ciervos y onagros en los pueblos, y por la penuria de maestros se consumen: hay quienes pueden aprender, y no hay quienes puedan enseñar.

Si nuestras iniquidades respondieron (o bien resistieron) nosotros, Señor, hazlo por tu nombre, puesto que muchas son nuestras aversiones (o bien nuestros pecados). Contra ti pecamos, expectativa de Israel: Salvador suyo en el tiempo de la tribulación. Si dudamos por qué no descienden las lluvias sobre la tierra, por qué todo con la aridez se marchita, oigamos. Nuestras iniquidades nos resistieron; por eso, Señor, no según nuestras obras, sino según tu santo nombre vence nuestras muchas aversiones. Pues contra ti pecamos, a quien los secretos del corazón no engañan, y a ti te aguardamos, que eres la verdadera esperanza y expectativa de Israel: y salvas a ellos en el tiempo de la tribulación, conforme a aquello que está escrito: Al Señor cuando me tribulaba clamé, y me escuchó (Sal. 119, 1). Digamos también nosotros en el tiempo de la sequía, y penuria de aguas: Contra ti pecamos, y mal ante ti hicimos (Sal. 50), tu advenimiento aguardamos, que salvas a Israel, no por su mérito, sino por tu clemencia.

(Vers. 9.) ¿Por qué has de ser como un colono en la tierra, y como un viajero que se desvía para pernoctar? ¿por qué has de ser como un hombre vago, o como un fuerte, que no puede salvar? LXX: ¿Por qué te has hecho como un advenedizo en la tierra, y como un indígena que se desvía para pernoctar? ¿acaso serás como un hombre que duerme, y como un varón que no pueda salvar? Los judíos entienden este lugar así: ¿Por qué te segregas de tu pueblo? y como un viajero por causa del refrigerio de una hora, no te cuidas de qué hospicio uses, sino que por pasar a otras cosas no salvas a tu pueblo, y abandonas el templo antes ínclito?

Nostri vero de futura Christi dispensatione dici putant, quod futurus sit peregrinus in terra, et parvo tempore terrae usurus hospitio, et quasi vir pertransiens ac robustus, relicto Israel, tendat ad gentium multitudinem; ut de loco ad locum, de populo ad populum, de Templo ad Ecclesiam transeat. Quod autem juxta Septuaginta dicitur: Numquid eris quasi homo dormiens, et quasi vir qui salvare non possit? similitudinem ponit, et non rei veritatem, secundum illud quod scriptum est; Surge, cur dormis, Domine (Psal. XLIII, 23)? non quod Dominus dormiat, de quo dicitur: Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel (Psal. CXX, 4); sed quod his videatur dormire quos deserit. Denique in sequentibus non scribitur: vir dormiens qui salvare non possit; sed quasi vir, in utroque anthropopathōs scribitur.

Tu autem in nobis es, Domine, et nomen tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos (sive ne obliviscaris nostri). Qui apud Judaeos quasi advena futurus es et viator, et vir vagus, et antiquam deserens mansionem, in nobis habitas; et nomen tuum invocatum est super nos (Prov. XXXI), ut appellemur Christiani, idcirco non derelinquas nos, et ne obliviscaris nostri, quibus de futuro adventu tuo, omnium Prophetarum ora cecinerunt.

(Vers. 10.) Haec dicit Dominus populo huic, quia dilexit (sive dilexerunt) movere pedes suos, et non quievit (sive non pepercerunt et Domino non placuit sibi in eis); nunc recordabitur iniquitatum eorum, et visitabit peccata eorum. Dicente populo: quare factus es ut advena, et viator et vagus, ut tuam deseras mansionem? Respondet Dominus populo quondam suo: Vis nosse rationem? ausculta quod dicitur: Quia dilexit populus movere pedes suos, et non abstulit eos de compede peccatorum, sive non quievit, et stare non potuit: idcirco et deserui eum, et nulla est in illo mihi complacentia. Qui igitur diu distulit, et per patientiam noluit punire peccantes, quia in scelere permanserunt; recordabitur iniquitatum eorum; et quasi aegrotantium, et Deum non sentientium, peccata visitabit, ut ultra peccare desistant. Notandum autem in Scripturis sanctis quod semper peccatorum moveantur pedes, et Sanctis dicatur cum Moyse: Tu vero hic sta mecum (Deut. V, 31). Et alibi scriptum sit: Laudate servi Dominum, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri (Psal. CXXXIV, 1, 2).

(Vers. 11, 12.) Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonum. Cum jejunaverint, non exaudiam preces eorum, et si obtulerint holocaustomata et victimas, non suscipiam eas: quoniam gladio, fame et peste ego consumam eos. Stultum est orare pro eo qui peccaverit ad mortem, dicente Joanne: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis (Joan. V, 16). Omnis iniquitas peccatum est, et est peccatum non ad mortem. Jejunia, et preces, et victimae, et holocausta tunc proficiunt, cum recedimus a vitiis, et flemus antiqua peccata.

Pero los nuestros creen que se dice de la futura dispensación de Cristo, que ha de ser peregrino en la tierra, y por breve tiempo ha de usar del hospicio de la tierra, y como hombre que pasa y robusto, dejado Israel, se dirija a la multitud de las gentes; para que de lugar en lugar, de pueblo en pueblo, del Templo a la Iglesia pase. Lo que empero según los Setenta se dice: ¿Acaso serás como un hombre que duerme, y como un varón que no pueda salvar? pone una semejanza, y no la verdad de la cosa, conforme a aquello que está escrito: Surge, ¿por qué duermes, Señor? (Sal. 43, 23); no porque el Señor duerma, de quien se dice: No dormitará ni dormirá quien custodia a Israel (Sal. 120, 4); sino porque a estos les parece dormir a quienes desampara. Finalmente en lo que sigue no se escribe: varón que duerme que no pueda salvar; sino como varón, en ambos se escribe antropopáticamente (anthropopathōs).

Pero tú estás en nosotros, Señor, y tu nombre ha sido invocado sobre nosotros, no nos dejes (o bien no te olvides de nosotros). Tú que entre los judíos habías de ser como un advenedizo y viajero, y hombre vago, y abandonando tu antigua mansión, habitas en nosotros; y tu nombre ha sido invocado sobre nosotros (Prov. 31), para que seamos llamados cristianos, por eso no nos dejes, y no te olvides de nosotros, a quienes de tu futuro advenimiento cantaron las bocas de todos los Profetas.

(Vers. 10.) Esto dice el Señor a este pueblo, porque amó mover sus pies, y no descansó (o bien no perdonaron y al Señor no plugo, o bien y Dios no plugo a sí mismo en ellos); ahora se acordará de sus iniquidades, y visitará sus pecados. Diciendo el pueblo: ¿por qué te has hecho como advenedizo, y viajero y vago, para que abandones tu mansión? Responde el Señor a su antes pueblo: ¿Quieres conocer la razón? escucha lo que se dice: Porque amó el pueblo mover sus pies, y no los apartó de la cadena de los pecados, o no descansó, y estar de pie no pudo: por eso también yo lo desamparé, y no hay en él para mí complacencia alguna. Quien empero por mucho tiempo dilató, y por la paciencia no quiso castigar a los pecadores, porque en el crimen permanecieron; se acordará de sus iniquidades; y como de los enfermos, y de los que no sienten a Dios, sus pecados visitará, para que dejen de pecar más. Se ha de notar empero en las santas Escrituras que siempre se muevan los pies de los pecadores, y a los Santos se les diga con Moisés: Pero tú quédate aquí conmigo (Deut. 5, 31). Y en otro lugar esté escrito: Load siervos al Señor, los que estáis en la casa del Señor, en los atrios de la casa de nuestro Dios (Sal. 134, 1, 2).

(Vers. 11, 12.) Y dijo el Señor a mí: No ores por este pueblo para bien. Cuando ayunaren, no escucharé sus preces, y si ofrecieren holocaustos y víctimas, no las recibiré: porque con la espada, el hambre y la peste yo los consumiré. Necio es orar por aquel que haya pecado para muerte, diciendo Juan: Hay pecado para muerte, no por aquel digo que ruegue alguno (1 Juan 5, 16). Toda iniquidad pecado es, y hay pecado no para muerte. Los ayunos, y las preces, y las víctimas, y los holocaustos entonces aprovechan, cuando nos apartamos de los vicios, y lloramos los antiguos pecados.

Sin autem in sceleribus permanentes, putaverimus votis atque sacrificiis redimere nos, vehementer erramus, iniquum arbitrantes Deum. Qui enim semel gladio, et fami, et pesti fuerit destinatus, nullis precibus erui potest. Unde et Prophetae dicitur, ne frustra roget quod impetrare non possit.

(Vers. 13, 14.) Et dixi, ah, ah, ah, Domine Deus, (sive qui es, Domine Deus) Prophetae dicunt eis, non videbitis gladium, et fames non erit in vobis: sed pacem veram dabit vobis in loco isto. Et dixit Dominus ad me: falso Prophetae vaticinantur in nomine meo: non misi eos, et non praecepi eis, neque locutus sum ad eos. Visionem mendacem, et divinationem fraudulentam, et seductionem cordis sui prophetant vobis. Audiant haec magistri, qui peccantibus et in suis vitiis permanentibus, prospera pollicentur, qui dicunt divitibus: Non videbitis gladium tormentorum Dei, et fames non erit in vobis. Saturabimini quippe sermonibus Dei; et pacem dabit vobis Dominus verissimam in loco Ecclesiae, sive Jerusalem. Quod autem dixit, juxta Hebraicum, tertio ah, ah, ah, ad priora respondit, ubi Dominus fuerat comminatus, dicens: Gladio, et fame, et peste ego consumam eos: Quia igitur Prophetae, immo pseudoprophetae falsa polliciti sunt: ideo Dominus locutus est per Jeremiam: Nolite audire verba pseudoprophetarum, qui non a me missi sunt; sed sua voluntate venerunt. Unde nequaquam Prophetae, sed Divini sunt appellandi, qui seductionem populo loquuntur. Multo enim melius est timore poenarum emendare peccata, quam spe prosperorum divinae sententiae subjacere.

(Vers. 15, 16.) Ideo haec dicit Dominus de Prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius et fames non erit in terra hac: gladio et fame consumentur Prophetae illi. Et populi, quibus prophetarunt, projecti erunt in viis Jerusalem prae fame et gladio, et non erit qui sepeliat eos: ipsi et uxores eorum, filii et filiae eorum, et effundam super eos malum suum (sive mala sua). Caveant pseudoprophetae, qui prospera promittendo, supplantant populum Dei, ne et ipsi pereant, et deceptus populus simili deleatur interitu, jaceantque in viis Jerusalem, et Domini praecepta calcantes, fame et gladio pereant, et non sit qui sepeliat eos; nec ignominiam eorum pulvere operiat poenitentiae. Et ipsi enim prophetae et populus, uxoresque eorum et filii et filiae, omnisque generatio absque ullo pollinctore in sterquilinium erit. Quanti jacent in viis Jerusalem! quot cernimus insepultos recipere mala sua, quae, Domino effundente, patiuntur!

Si empero permaneciendo en los crímenes, pensáremos redimirnos con votos y sacrificios, vehementemente erramos, arbitrando a Dios inicuo. Pues quien una vez a la espada, y al hambre, y a la peste haya sido destinado, por ninguna prece puede ser arrancado. Por lo cual también se le dice al Profeta, que no ruegue en vano lo que no puede impetrar.

(Vers. 13, 14.) Y dije, ¡ah, ah, ah!, Señor Dios, (o bien que eres, Señor Dios) los Profetas les dicen: no veréis espada, y el hambre no estará en vosotros: sino que paz verdadera os dará en este lugar. Y dijo el Señor a mí: falsamente los Profetas vaticinan en mi nombre: no los envié, y no les mandé, ni les hablé. Visión mentirosa, y adivinación fraudulenta, y seducción de su corazón os profetizan. Oigan esto los maestros, que a los pecadores y a los que en sus vicios permanecen, cosas prósperas prometen, que dicen a los ricos: No veréis espada de los tormentos de Dios, y el hambre no estará en vosotros. Pues os saciaréis con las palabras de Dios; y paz os dará el Señor veracísima en el lugar de la Iglesia, o Jerusalén. Lo que empero dijo, según el hebreo, por tercera vez ¡ah, ah, ah!, a lo anterior respondió, donde el Señor había conminado, diciendo: Con la espada, y el hambre, y la peste yo los consumiré: Porque por tanto los Profetas, más bien los pseudoprofetas cosas falsas prometieron: por eso el Señor habló por Jeremías: No queráis oír las palabras de los pseudoprofetas, que no han sido por mí enviados; sino que por su voluntad vinieron. Por lo cual en modo alguno han de ser llamados Profetas, sino Adivinos, que seducción al pueblo hablan. Pues mucho mejor es por el temor de las penas enmendar los pecados, que por la esperanza de cosas prósperas subyacer a la divina sentencia.

(Vers. 15, 16.) Por eso esto dice el Señor de los Profetas, que profetizan en mi nombre, a quienes yo no envié, diciendo: Espada y hambre no habrá en esta tierra: por la espada y el hambre serán consumidos aquellos Profetas. Y los pueblos, a quienes profetizaron, serán arrojados en las vías de Jerusalén por el hambre y la espada, y no habrá quien los sepulte: ellos y sus mujeres, sus hijos y sus hijas, y derramaré sobre ellos su mal (o bien sus males). Guárdense los pseudoprofetas, que prometiendo cosas prósperas, suplantan al pueblo de Dios, no sea que también ellos perezcan, y el pueblo engañado sea borrado por semejante interito, y yazgan en las vías de Jerusalén, y los preceptos del Señor conculcando, por el hambre y la espada perezcan, y no haya quien los sepulte; ni su ignominia con el polvo de la penitencia cubra. Pues tanto los profetas mismos como el pueblo, y sus mujeres y sus hijos e hijas, y toda la generación sin ningún pollinctor estará en el estercolero. ¡Cuántos yacen en las vías de Jerusalén! ¡cuántos insepultos divisamos recibir sus males, los cuales, derramando el Señor, padecen!

(Vers. 17.) Et dices ad eos verbum istud: Deducant oculi mei lacrymam (sive deducant oculi vestri lacrymas) per diem et noctem, et non taceant (sive non cessent), quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer. Dupliciter hic locus intelligitur, vel quod ipse Deus plangat populum suum, et oculi ejus flere non cessent, vel certe imperet ut populorum oculi lacrymis fluant, nec leve esse quod plangendum sit; cum virgo filia populi sui contritione maxima et plaga intolerabili percussa sit. Alii ex persona Prophetae haec dici arbitrantur.

(Vers. 18.) Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: et si introiero in civitatem, ecce attenuati fame (sive dolore famis). Propheta quoque et sacerdos abierunt in terram quam ignorabant. Justa causa plangendi, quia virgo contrita sit, filia percussa, populusque deletus. Si enim, inquit, foras exire voluero, interfectos videbo: si ingredi civitatem, attenuatos et ossibus vix haerentes, famis necessitate conspiciam. Et quid mirum hoc de plebe et ignobili vulgo dicere? cum Prophetae quoque et sacerdotes, qui aliis prospera prophetabant, et qui debebant Legis aperire mandata, ipsi ierint in terram quam ignorabant, et captivitatis sustinuerint malum. Audiant hoc nostri Prophetae et Sacerdotes, quod nec intus nec foris propter negligentiam eorum sit ulla securitas: quod et eos scandalizent qui foris sunt, et eos qui intus, fame interire patiantur: et qui auctores fuerint peccandi, sint cruciatuum socii.

(Vers. 19.) Numquid projiciens abjecisti Judam: aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita ut nulla sit sanitas? Exspectavimus pacem, et non est bonum: et tempus curationis, et ecce turbatio. Miratur Propheta quod Judam et Jerusalem, duarum tribuum videlicet regnum, in quo erat religio Dei, et Templi caeremoniae, Dominus tam repente projecerit; et tanta percusserit plaga, ut nulla possit adhiberi medicina. Exspectavimus, inquit, pacem et tempus curationis, et nullum est bonum; sed econtra turbatio: ut ubi prius fuerat cultus Dei atque tranquillitas, ibi seditionibus et hostili fremitu omnia complerentur. Si quando ergo nostra Sion, nosterque Juda abjicitur, et abominatur illum anima Dei, nequaquam miremur, sed magis dicamus quod sequitur:

(Vers. 20.) Cognovimus, Domine, impietates nostras, et iniquitatem patrum nostrorum, quia peccavimus tibi. Et nos, inquit, et patres nostri eadem dementia, Dei praecepta negleximus: et impleta est in nobis mensura majorum; ut quidquid illis defuerat, nostro cumulo compleretur. Unde et de Juda dicitur: In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini: et peccatum matris ejus non deleatur. Fiant contra Dominum semper: et dispercat de terra memoria eorum (Psal. CVIII, 14).

(Vers. 17.) Y dirás a ellos esta palabra: Deduzcan mis ojos lágrima (o bien deduzcan vuestros ojos lágrimas) por el día y la noche, y no callen (o bien no cesen), puesto que con contracción grande ha sido contraída la virgen hija de mi pueblo, con plaga pésima vehementemente. Doblemente este lugar se entiende, o que el mismo Dios luge a su pueblo, y sus ojos de llorar no cesen, o ciertamente mande que los ojos de los pueblos fluyan en lágrimas, y que no sea leve lo que haya de ser llorado; cuando la virgen hija de su pueblo con contracción máxima y plaga intolerable haya sido herida. Otros de la persona del Profeta esto creen que se dice.

(Vers. 18.) Si saliere a los campos, he aquí los occisos por la espada: y si entrare en la ciudad, he aquí los atenuados por el hambre (o bien por el dolor del hambre). El Profeta también y el sacerdote marcharon a la tierra que ignoraban. Justa causa de llorar, porque la virgen haya sido contraída, la hija herida, y el pueblo borrado. Pues si, dice, afuera salir quisiere, a los interfectos veré: si ingresar en la ciudad, a los atenuados y a los huesos apenas adheridos, por la necesidad del hambre contemplaré. ¿Y qué de asombroso es esto de la plebe e ignóbil vulgo decir? cuando los Profetas también y los sacerdotes, que a otros cosas prósperas profetizaban, y que debían de la Ley abrir los mandatos, ellos mismos hayan ido a la tierra que ignoraban, y de la cautividad hayan sostenido el mal. Oigan esto nuestros Profetas y Sacerdotes, que ni adentro ni afuera por la negligencia de ellos haya ninguna seguridad: que tanto escandalicen a los que están afuera, como a los que están adentro, por el hambre morir permitan: y quienes autores hayan sido de pecar, sean de los cruciatos socios.

(Vers. 19.) ¿Acaso proyectando abyectaste a Judá: o a Sión abominó tu alma? ¿por qué por tanto nos heriste, de modo que ninguna sea la sanidad? Esperamos la paz, y no hay bien: y tiempo de curación, y he aquí la turbación. Se maravilla el Profeta de que a Judá y a Jerusalén, el reino de las dos tribus a saber, en el cual estaba la religión de Dios, y las ceremonias del Templo, el Señor tan de repente haya abyectado; y con tanta plaga haya herido, que ninguna pueda aplicarse medicina. Esperamos, dice, la paz y el tiempo de la curación, y ninguno es el bien; sino al contrario la turbación: para que donde antes había sido el culto de Dios y la tranquilidad, allí con sediciones y hostil estrépito todo se completase. Si alguna vez por tanto nuestra Sión, y nuestro Judá es abyectado, y abomina a aquel el alma de Dios, en modo alguno nos maravillemos, sino más bien decimos lo que sigue:

(Vers. 20.) Conocimos, Señor, nuestras impiedades, y la iniquidad de nuestros padres, porque pecamos contra ti. Tanto nosotros, dice, como nuestros padres con la misma demencia, los preceptos de Dios descuidamos: y ha sido llenada en nosotros la medida de los mayores; para que lo que a ellos les había faltado, con nuestro cúmulo se completase. De donde también de Judá se dice: Vuelva a la memoria la iniquidad de sus padres en el conspecto del Señor: y el pecado de su madre no sea borrado. Estén contra el Señor siempre: y disperse de la tierra la memoria de ellos (Sal. 108, 14).

(Vers. 21.) Ne nos des in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam. Solii gloriae tuae recordare: ne irritum facias foedus tuum nobiscum. Solium gloriae Dei non solum arbitremur Templum Judaeae, quod saepe destructum est, sed omnem sanctum, in quo juxta illud quod scriptum est: Thronum ejus in terram allisisti, tunc alliditur, atque destruitur, quando multitudine peccatorum offenderit Deum; sed tamen qui sua culpa periit, Domini clementia sustentatur, quae mutatur severitate sententiae, si irritum faciat Dominus pactum suum, quo nos salvos futuros esse pollicitus est.

(Vers. 22.) Numquid sunt in sculptilibus gentium, qui pluant: aut coeli possunt dare imbres? Nonne tu es, Domine Deus, quem exspectavimus? tu enim fecisti omnia haec. Post multos, variosque sermones redit ad titulum prophetiae, in quo scriptum est: quod factum est verbum Domini ad Jeremiam de sermonibus siccitatis. Ergo quod dicit, hoc est: quia daemonum simulacra non possunt pluere, nec coeli per se dare imbrem suum: ideo tu, Domine Deus noster, quem semper exspectavimus, in quem spes nostras convertimus et vota, tu da pluviam tuam. Tua enim sunt omnia; et quidquid boni est, sine te, cujus est, dari non potest. Dicamus hoc et contra haereticos, qui pluviam doctrinarum tribuere non possunt: et cum se coelos esse promittant, et de se scriptum glorientur: Coeli enarrant gloriam Dei (Psal. XVIII, 1): tamen imbres non possunt donare doctrinae. Solus est enim Deus qui suum instruat populum, et diversitates gratiae tribuat exspectantibus se.

(Cap. XV.---Vers. 1.) Et dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses et Samuel coram me (sive contra me) non est anima mea ad populum istum. Hos enim legimus irae Domini pro populo restitisse, et jam impendentem avertisse sententiam. Etsi, inquit, illi steterint, vel in conspectu meo, vel contra me, quorum uni dixit Deus: Dimitte me, et percutiam populum istum (Exod. XXXII, 10): tamen non exaudiam: quoniam consummata sunt scelera populi delinquentis. Ejice (vel emitte) illos a facie mea, et egrediantur. Non loco recedunt a Deo peccatores, sed voluntate: quamquam legamus et Adam et Cain ejectos esse a facie Dei (Gen. III et VIII).

Quod si dixerint ad te: Quo egrediemur? Dices ad eos: Haec dicit Dominus. Qui ad mortem, ad mortem; et qui ad gladium, ad gladium; et qui ad famem, ad famem; et qui ad captivitatem, ad captivitatem. Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus, gladium ad occisionem, et canes ad lacerandum, et volatilia coeli et bestias terrae ad devorandum, et dissipandum. Quatuor plagas, quibus traditus est populus Judaeorum, etiam Ezechielis prophetia demonstrat, gladium, pestilentiam, famem, bestias et captivitatem (Ezech. XIV).

(Vers. 21.) No nos des al oprobio por tu nombre, ni nos hagas contumelia. Del solio de tu gloria acuérdate: no hagas írrito tu pacto con nosotros. El solio de la gloria de Dios no solo lo estimemos como el Templo de Judea, que a menudo ha sido destruido, sino a todo santo, en el cual conforme a aquello que está escrito: Su trono en la tierra estrellaste, entonces se estrella y se destruye cuando por la multitud de los pecados ha ofendido a Dios; pero sin embargo quien por su culpa pereció, por la clemencia del Señor es sustentado, la cual es cambiada por la severidad de la sentencia, si hiciere írrito el Señor su pacto, por el cual nos prometió que habríamos de ser salvos.

(Vers. 22.) ¿Acaso hay en las esculturas de las gentes quienes lluevan: o los cielos pueden dar lluvias? ¿No eres tú, Señor Dios, a quien hemos esperado? pues tú hiciste todas estas cosas. Después de muchos y variados sermones vuelve al título de la profecía, en el cual está escrito: lo que fue hecho palabra del Señor a Jeremías sobre las palabras de la sequía. Por tanto lo que dice es esto: porque los simulacros de los demonios no pueden llover, ni los cielos por sí mismos dar su lluvia: por eso tú, Señor Dios nuestro, a quien siempre hemos esperado, en quien nuestras esperanzas convertimos y votos, tú da tu lluvia. Pues tuyas son todas las cosas; y lo que de bueno hay, sin ti, de quien es, no puede darse. Digamos esto también contra los heréticos, que la lluvia de las doctrinas no pueden tributar: y aunque se prometan que son cielos, y de sí se gloríen de que está escrito: Los cielos narran la gloria de Dios (Sal. 18, 1): sin embargo las lluvias no pueden donar de la doctrina. Solo es por tanto Dios quien instruya a su pueblo, y diversidades de gracia tribute a los que lo esperan.

(Cap. XV.---Vers. 1.) Y dijo el Señor a mí: Si estuviere Moisés y Samuel ante mí (o bien contra mí) no está mi alma hacia este pueblo. A estos por tanto leemos que a la ira del Señor por el pueblo resistieron, y la ya inminente sentencia apartaron. Aunque, dice, ellos estuvieren, o en mi conspecto, o contra mí, a uno de los cuales dijo Dios: Déjame, y percutiré a este pueblo (Éxod. 32, 10): sin embargo no escucharé: puesto que consumados están los crímenes del pueblo delincuente. Arrójalos (o bien emítelos) de mi faz, y que salgan. No por el lugar se apartan de Dios los pecadores, sino por la voluntad: aunque leamos que tanto Adán como Caín fueron arrojados de la faz de Dios (Gén. 3 y 8).

Que si dijeren a ti: ¿A dónde saldremos? Dirás a ellos: Esto dice el Señor. Quien para la muerte, a la muerte; y quien para la espada, a la espada; y quien para el hambre, al hambre; y quien para la cautividad, a la cautividad. Y visitaré sobre ellos cuatro especies, dice el Señor, la espada para la occisión, y los perros para el laceramiento, y las volátiles del cielo y las bestias de la tierra para el devoramiento y la disipación. Cuatro plagas, a las cuales fue entregado el pueblo de los judíos, también la profecía de Ezequiel demuestra, espada, pestilencia, hambre, bestias y cautividad (Ezeq. 14).

Inter bestias autem canes quoque et volatilia intellige, quibus laceranda et devoranda, et dissipanda corpora tradita sunt. Neque enim fieri poterat, ut Creatore neglecto, non universa creatura consurgeret in peccatores.

(Vers. 4.) Et dabo eos in fervorem (sive commotionem et angustias) universis regnis terrae, propter Manassen filium Ezechiae regis Juda, super omnibus quae fecit in Jerusalem. Legimus in Dierum volumine, Manassen post captivitatem et poenitentiam reversum in Jerusalem atque regnasse (II Par. XXXIII). Sed quomodo sanctorum merita descendunt ad posteros, sicut David et caeterorum: sic peccatorum flagitia, si liberi nepotesque similia gesserint, ad posteros perveniunt. Quod autem dicit: Dabo eos in fervorem, sive commotionem et angustias universae terrae, et sub Babyloniis ex parte completum est, et nunc expletur in toto, quando pessimum regem, et qui repleverit Jerusalem a porta usque ad portam cruore justorum, populus imitatus est impius. Ex quo discimus, regum ac principum, et praepositorum scelere, populos plerumque deleri.

(Vers. 5.) Quis enim miserebitur tui, Jerusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Nullum enim potest, offenso Deo, pro flagitiis rogare peccantium; quia nec tam clemens potest creatura quam conditor esse, nec ita alienus externis, quomodo Dominus suis parcere.

(Vers. 6.) Tu dereliquisti me, dicit Dominus: retrorsum abiisti. Causa redditur, quare nullus misereatur Jerusalem, nec contristetur pro ea, nec pro pace illius obsecret: quod cum, juxta Apostolum (Philip. III), posteriorum obliviscens, ad priora se extendere debuerit, e contrario retroversa sit, et Aegyptias carnes desiderarit. Et extendam manum meam super te, et interficiam te: laboravi rogatus (sive rogans): pro quo LXX transtulerunt: nequaquam ultra dimittam eos. Manus extenta, percutientis indicium est: interfectio peccatorum, iram significat consummatam. Quod autem intulit: Laboravi rogatus, sive rogans, duplicem habet sensum, quod jam defecerit Deus, crebro eis ignoscendo, et lassus sit semper eos provocans ad salutem.

(Vers. 7.) Et dispergam eos ventilabro in portis terrae (sive populi mei). Interfeci et perdidi populum meum; et tamen a viis suis non sunt reversi. Quid prodest saepius me rogari, cum a viis suis pessimis non revertantur, nec agant poenitentiam? Dispersi enim eos quasi ventilabro, ut purgarem aream meam. Et dispersi in portis terrae, ut inferni quodammodo calcarent limina. Et interfeci et perdidi populum meum, ut coacti malorum necessitate, impendentia vitarent mala.

Entre las bestias empero entiende también los perros y las volátiles, a los cuales para ser lacerados y devorados y disipados los cuerpos fueron entregados. Pues ni podía hacerse que, descuidado el Creador, no el universo de la criatura se levantara contra los pecadores.

(Vers. 4.) Y los daré en hervor (o bien conmoción y angustias) a todos los reinos de la tierra, por causa de Manasés hijo de Ezequías rey de Judá, sobre todo lo que hizo en Jerusalén. Leemos en el volumen de los Días, que Manasés después de la cautividad y la penitencia volvió a Jerusalén y reinó (2 Crón. 33). Pero así como los méritos de los santos descienden a los pósteros, como de David y de los demás: así los flagelos de los pecadores, si los hijos y nietos cosas similares hicieren, a los pósteros llegan. Lo que empero dice: Los daré en hervor, o bien conmoción y angustias de la tierra entera, tanto en parte bajo los babilonios se completó, como ahora se cumple en el todo, cuando al pésimo rey, y que llenó a Jerusalén de puerta a puerta de la sangre de los justos, el pueblo imitó impío. De lo cual aprendemos que por el crimen de los reyes y de los príncipes, y de los prepósitos, los pueblos por lo general son borrados.

(Vers. 5.) ¿Pues quién se compadecerá de ti, Jerusalén? ¿o quién se entristecerá por ti? ¿o quién irá a rogar por tu paz? Pues ninguno puede, ofendido Dios, por los flagelos rogar de los pecadores; porque ni tan clemente puede la criatura como el conditor ser, ni tan ajeno a los externos, como el Señor a los suyos perdonar.

(Vers. 6.) Tú me desamparaste, dice el Señor: hacia atrás te marchaste. Se rinde la causa, por la cual ninguno se compadezca de Jerusalén, ni se entristezca por ella, ni por la paz de ella obsecre: que cuando, según el Apóstol (Filip. 3), olvidando lo posterior, a lo anterior debió extenderse, al contrario se volvió atrás, y las carnes egipcias deseó. Y extenderé mi mano sobre ti, e interfectaré a ti: trabajé rogado (o bien rogando): por lo cual los Setenta tradujeron: en modo alguno más los dejaré. La mano extendida, indicio es del que percute: la interfección de los pecadores, significa la ira consumada. Lo que empero infirió: Trabajé rogado, o bien rogando, doble tiene el sentido, que ya desfalleció Dios, frecuentemente perdonándolos, y cansado esté siempre provocándolos a la salud.

(Vers. 7.) Y los dispersaré con el bieldo en las puertas de la tierra (o bien de mi pueblo). Interfecté y perdí a mi pueblo; y sin embargo de sus vías no volvieron. ¿Qué aprovecha ser más veces rogado, cuando de sus vías pesimísimas no vuelven, ni hacen penitencia? Los dispersé pues como con bieldo, para que purgara mi área. Y los dispersé en las puertas de la tierra, para que de los infiernos de algún modo conculcaran los umbrales. E interfecté y perdí a mi pueblo, para que coaccionados por la necesidad de los males, los inminentes evitaran males.

(Vers. 8.) Multiplicatae sunt mihi viduae ejus super arenam maris: induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie: misi super civitates repente terrorem. Diversis medicaminibus cupit Deus salvare peccantes: ut qui contempserant blandientem, timeant comminantem. Viduae multiplicatae sunt super arenam maris, interfectis viris; matres, perditis liberis, sensere vastantem, non in nocte et per insidias, sed clara luce: ut ostendat apertam vim adversarii fortioris. Misi, inquit, super civitates, haud dubium quin Juda, et populi peccatoris, repente terrorem: ut quanto fuit subitum malum, tanto difficilius esset effugium.

(Vers. 9.) Infirmata est (sive abjecit, aut vacua facta est) quae peperit septem (sive plurimos); defecit anima ejus: occidit ei sol, cum adhuc esset dies (aut medius dies). Confusa est, et erubuit: et residuos ejus in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus. Saepe diximus verbum Hebraicum SABA, vel septem, vel juramentum sonare, vel plurimos. Unde et diversa est interpretatio: Aquila, Septuaginta et Theodotione, septem transferentibus: Symmacho, plurimos. Quae igitur erat dives liberis, orba subito facta est, et clara luce disperiit, et confusa est in solitudine sui. Reliquum autem, ait, populum tradam gladio: ut mortem et iram Dei nullus effugiat. Alii ad Synagogam referunt, quae infirmata est, ut Ecclesiae cresceret multitudo; juxta illud quod scriptum est: Sterilis peperit septem, sive plurimos: et quae multos habebat liberos, infirmata est (I Reg. II, 5). Unde et occidit ei sol justitiae, in cujus pennis est sanitas (Malach. IV): et idcirco aeterna confusione cooperta est, perdens populum suum gladio spirituali.

(Vers. 10.) Vae mihi, mater mea, quare genuisti me virum rixae (sive judicii), virum discordiae (sive qui judicer), in universa terra)? Potest hoc synecdochicōs de Jeremia intelligi, quod non in toto orbe terrarum, sed in terra Judaea sit judicatus. Vere autem Domino competit Salvatori, qui loquitur in Evangelio: In judicium ego in istum mundum veni, ut qui non vident, videant, et qui vident, caeci fiant (Joan. IX, 39): de quo scriptum est: Ecce hic est positus in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israel: et in signum cui contradicetur (Luc. II, 34). Quis enim philosophorum, quis gentilium, quis haereticorum non judicat Christum, ponentium ei leges nativitatis, et passionis, resurrectionisque suae substantiae? Nec mirum juxta assumpti corporis veritatem, Christum dicere: Vae mihi mater mea; cum et in alio loco perspicue personae ejus conveniat quod dicitur: Vae mihi quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, et sicut racemum in vindemia, non habens spicam, ut comedat primitiva (Mich. VII, 1).

(Vers. 8.) Multiplicadas me han sido sus viudas sobre la arena del mar: induje a ellas sobre la madre del adolescente al vastador al mediodía: envié sobre las ciudades de repente el terror. Con diversos medicamentos desea Dios salvar a los pecadores: para que quienes habían despreciado al que los halagaba, teman al que los conmina. Las viudas multiplicadas han sido sobre la arena del mar, muertos los varones; las madres, perdidos los hijos, sintieron al vastador, no en la noche y por insidias, sino en la clara luz: para que muestre la abierta fuerza del adversario más fuerte. Envié, dice, sobre las ciudades, sin duda de Judá, y del pueblo pecador, de repente el terror: para que cuanto fue súbito el mal, tanto más difícil fuera el refugio.

(Vers. 9.) Se debilitó (o bien abyectó, o vacía ha sido hecha) la que parió siete (o bien muchísimos); desfalleció su alma: se le puso el sol, cuando todavía era día (o bien el medio día). Quedó confusa, y se avergonzó: y a sus residuos a la espada daré en el conspecto de los enemigos de ellos, dice el Señor. A menudo dijimos que la palabra hebrea SABA, o bien siete, o juramento suena, o muchísimos. Por lo cual también diversa es la interpretación: Aquila, los Setenta y Teodoción, siete traduciendo: Símaco, muchísimos. La que por tanto era rica en hijos, huérfana de repente ha sido hecha, y en clara luz pereció, y quedó confusa en la soledad de sí misma. Al resto empero, dice, del pueblo entregaré a la espada: para que la muerte y la ira de Dios ninguno escape. Otros a la Sinagoga lo refieren, que se debilitó, para que de la Iglesia creciera la multitud; conforme a aquello que está escrito: La estéril parió siete, o bien muchísimos: y la que muchos tenía hijos, se debilitó (1 Rey. 2, 5). Por lo cual también se le puso el sol de justicia, en cuyas plumas está la salud (Mal. 4): y por eso con eterna confusión ha sido cubierta, perdiendo a su pueblo con la espada espiritual.

(Vers. 10.) ¡Ay de mí, madre mía!, ¿por qué me engendraste varón de riña (o bien de juicio), varón de discordia (o bien que sea juzgado), en toda la tierra? Puede esto sinecdóquicamente de Jeremías entenderse, que no en todo el orbe de las tierras, sino en la tierra de Judea haya sido juzgado. Verdaderamente empero al Señor Salvador compete, que habla en el Evangelio: Para juicio yo a este mundo vine, para que quienes no ven, vean, y quienes ven, ciegos se hagan (Juan 9, 39): de quien está escrito: He aquí este ha sido puesto para la ruina, y para la resurrección de muchos en Israel: y para signo al cual se contradirá (Luc. 2, 34). ¿Pues quién de los filósofos, quién de los gentiles, quién de los heréticos no juzga a Cristo, poniéndole leyes de su natividad, y pasión, y de la substancia de su resurrección? Ni es de asombrar según la verdad del cuerpo asumido, que Cristo diga: ¡Ay de mí, madre mía!; cuando también en otro lugar perspicuamente a su persona convenga lo que se dice: ¡Ay de mí porque he sido hecho como quien recoge estopa en la mies, y como racimo en la vendimia, no teniendo espiga, para que coma las primitivas (Miq. 7, 1).

Et ne putemus gemituum vilitatem referri ad Verbum Dei, qui sit iste qui plangat, statim sequitur: Vae mihi anima; quia periit revertens a terra: non quia dividamus Personas, ut impii faciunt; sed quo unus atque idem Filius Dei, nunc juxta carnem, nunc juxta Verbum loquatur Dei.

Non feneravi, nec feneravit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi. Pro quo Septuaginta: Non profui, neque profuit mihi quisquam. Theodotio: non debui, neque debuit mihi quisquam. Quorum omnium hic sensus est ex persona Christi: Nullus se praebuit, qui digne mea aera susciperet; nec feneravit mihi quisquam in sanctis atque pauperibus confovendis, me sibi faciens debitorem. Sive non profui, nec profuit mihi quisquam; nullus enim tantum voluit accipere, quantum ego tribuere desideravi. Nec profuit mihi quisquam; salus enim creaturae, lucrum est Creatoris. Aut certe non debui, nec debuit mihi quisquam: Nemo dedit mihi quantum accipere cupiebam, nec me sibi fecit in aliquo debitorem. Quodque infert: Nec debuit mihi quisquam, hunc habet sensum: Quomodo enim poterat mihi usuram debere, qui fenus non est dignatus accipere? Omnes, inquit, maledicunt mihi. Quis enim haereticorum, atque errantium non maledicit Christo, perversa credendo, et perversiora blasphemans?

(Vers. 11.) Dicit Dominus, Si non reliquiae tuae in bonum: si non occurri tibi in tempore afflictionis, et in tempore tribulationis et angustiae adversus inimicum. Possunt haec et ex persona Jeremiae accipi, qui pessimo tempore, et jam imminente captivitate prophetare compulsus est, et dura perpeti a populo non credente. Ad id, quod supra dixerat: Vae mihi, mater! ut quid me genuisti virum, qui judice? et discernar omni terraer et reliqua, respondit Dominus: Noli considerare praesentia, sed futura; reliquiae enim tuae et novissima erunt in bonum. Denique et in praesentiarum cum te cuperent inimici opprimere, affui tibi, et meo es protectus auxilio. Hoc autem tam ad Jeremiam, quam secundum dispensationem carnis assumptae, referri potest ad Salvatorem. Pro eo quod nos juxta Hebraicum interpretati sumus: Omnes maledicunt mihi, usque ad eum locum ubi scriptum est, in tempore tribulationis adversus inimicum, in editione Vulgata ita scriptum reperi: Fortitudo mea defecit in his, qui maledicunt mihi; fiat, Domine, dirigentibus illis, si non astiti tibi in tempore afflictionis eorum, et in tempore tribulationis eorum, in bona contra inimicum. Et est sensus: Fortitudo mea defecit in his, qui maledicunt mihi. Non enim intelligunt virtutem meam, quae in infirmitate perficitur, et quanto plus mihi maledixerint, tanto mea in illis plus deficit fortitudo. Jungitque vel Propheta vel Dominus, et ait: Fiat, Domine, dirigentibus illis, hoc est, eveniant mihi maledicta, quae loquuntur inimici; et illi dirigantur in bonum,

Y para que no creamos que la vileza de los gemidos se refiere al Verbo de Dios, quién sea este que luge, inmediatamente sigue: ¡Ay de mí, alma; porque pereció volviendo de la tierra: no porque dividamos las Personas, como los impíos hacen; sino por lo cual uno y el mismo Hijo de Dios, ahora según la carne, ahora según el Verbo hable de Dios.

No presté a usura, ni prestó a usura a mí ninguno: todos me maldicen. Por lo cual los Setenta: No aproveché, ni aprovechó a mí ninguno. Teodoción: no debí, ni debió a mí ninguno. De los cuales todos este es el sentido de la persona de Cristo: Ninguno se presentó, que dignamente mis dineros recibiera; ni prestó a usura a mí ninguno en los santos y los pobres fomentando, a mí para sí haciéndome deudor. O bien no aproveché, ni aprovechó a mí ninguno; pues ninguno tanto quiso recibir, cuanto yo tributar deseé. Ni aprovechó a mí ninguno; pues la salud de la criatura, es lucro del Creador. O ciertamente no debí, ni debió a mí ninguno: Nadie me dio cuanto recibir deseaba, ni me hizo para sí en algo deudor. Y lo que infiere: Ni debió a mí ninguno, este tiene el sentido: ¿Pues cómo podía a mí usura deber, quien el feno no se dignó recibir? Todos, dice, me maldicen. ¿Pues quién de los heréticos, y de los errantes no maldice a Cristo, perversas cosas creyendo, y más perversas blasfemando?

(Vers. 11.) Dice el Señor: Si no tus residuos para bien: si no te salí al encuentro en el tiempo de la aflicción, y en el tiempo de la tribulación y de la angustia contra el enemigo. Pueden estas cosas también de la persona de Jeremías aceptarse, que en pésimo tiempo, y con la ya inminente cautividad fue compelido a profetizar, y cosas duras perpetrar de un pueblo no creyente. A aquello que arriba había dicho: ¡Ay de mí, madre!, ¿para qué me engendraste varón que sea juzgado? y soy discernido en toda la tierra, y lo demás, respondió el Señor: No quieras considerar lo presente, sino lo futuro; pues tus residuos y tus novísimos serán para bien. Finalmente también en lo presente cuando te deseaban los enemigos oprimir, te asistí, y con mi auxilio has sido protegido. Esto empero tanto a Jeremías, como según la dispensación de la carne asumida, puede referirse al Salvador. Por lo cual nosotros según el hebreo interpretamos: Todos me maldicen, hasta aquel lugar donde está escrito: en el tiempo de la tribulación contra el enemigo, en la edición Vulgata así lo encontré escrito: Mi fortaleza desfalleció en estos que me maldicen; hágase, Señor, dirigiéndolos ellos, si no te asistí en el tiempo de la aflicción de ellos, y en el tiempo de la tribulación de ellos, en cosas buenas contra el enemigo. Y es el sentido: Mi fortaleza desfalleció en estos que me maldicen. Pues no entienden mi virtud, que en la enfermedad se perfecciona, y cuanto más me maldijeren, tanto más mi fortaleza en ellos desfallece. Y une o bien el Profeta o el Señor, y dice: Hágase, Señor, dirigiéndolos ellos, esto es, sucédanme las maldiciones que hablan los enemigos; y ellos sean dirigidos al bien,

si non in tempore tribulationis eorum et angustiae, quando eos vastabat inimicus, et capere festinabat, steti in conspectu tuo, et rogavi te pro illis, et dixi: Pater, ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt (Luc. XXIII, 34). Sed et Jeremiam saepe deprehendimus in hoc volumine rogasse pro populo.

(Vers. 12.) Numquid foederabitur ferrum ferro ab Aquilone: et aes? Symmachus, Numquid nocebit ferrum ferro ab Aquilone, et aes? LXX et Theodotio, Si cognoscet ferrum et operimentum aeneum? Varietatis causa perspicua est: verbum enim JARE, quod in praesenti loco scriptum est, pro ambiguitate enuntiationis et amicitiam, sonat et malitiam, quod si pro RES littera (quae DALETH litterae similis est) legatur DALETH, scientiam cognitionemque significat. Quod autem dicitur, sic intelligendum est: Ne doleas quod populus inimicus tuus sit; te enim dura nuntiante, non potest te amare qui durus est. Sive Babylonii, qui ab Aquilone veniunt, suntque ferrum durissimum, huic populo duriori et in aeris similitudinem indomito, non poterunt amicitia copulari. Sive ferrum durissimum, hoc est, populus Israel Dei cognitione indignus est, qui in tantam pervenit malitiam, ut duriori metallo aere circumdatus sit.

(Vers. 13, 14.) Divitias tuas et thesauros tuos in direptionem dabo, gratis (sive absque pretio) in omnibus peccatis tuis et in cunctis terminis tuis. Et adducam inimicos tuos (sive servire te faciam inimicis tuis) de terra, quam nescis: quia ignis accensus est in furore meo: super vos ardebit. Omnem, inquit, substantiam tuam tradam inimicis tuis absque ullo pretio, propter peccata, quae fecisti in cunctis terminis tuis. Propterea adducam inimicos tuos, sive servire te faciam in terra Chaldaea: quia ignis meus, qui semel in meo furore succensus est, in te ardebit, et exstingui non poterit. Tu enim praebuisti materiam ardoris tui, ut meus ignis tua, quae in te sunt, ligna consumat, et fenum, et stipulam; ac per hoc non est causa ardoris in Domino, sed in his qui fomenta incendio ministrarunt.

